Ab Etruscis aruspicibus ductū adagiū, qui populo Romano pœnas dederūt, qd perfido inimicoq; animo suassissent, ut Horatij Coctis statua fulmine deiecta, in inferiorem locū soli inaccessum trans- ferret. Inde uersus hic scite factus cantusq; pueris urbe tota fert. malum consilium consultori pessimum. Videitur autem hic uersus de græco illo Hesiodi uersu expressus. οὐδὲ κακὴ Βουλὴ τῷ Βουλεύσαντι κακίη. id est consultum male consultori pessima res est.

Vir fugiens, & denuo pugnabit.

Quum Demostheni probro obiiceretur, q̄ in eo prælio quo Philippus Athenienses apud Cheroneam uicit clypeo abiecto fuisse gisset, uersu illo notissimo illusit καὶ ὁ φεύγον καὶ τάλιν μαχήσεται. id est vir fugiens iterum pugnabit. Hoc euenit, denuo pugnat experiri, imitemurque potius Dauum Terentianum. Hac inquit non successit, alia aggrediendum est uia.

Curruga cuculus.

Nostra tempestate cuculos uocat vulgus, quorū uxores alij possidēt. Verū Iuuenalis eiusmodi maritū currucam uocat. Eam auem putat esse Domitius, quā Aristo. in li. de animaliū naturis Hypolaïda noīat. In huius nidū cuculū oua sua supponere. Ea illam educare pro suis. Etiam Plinius Cocycem (sic enim græci cuculū uocant) in palumbū nidos sua oua subdere scribit. q̄ si eadē est latine Curruga, quæ græce hypolaïda, mirae in adulteræ maritū conuenit, alienā pro sua adamantē, & alienos liberos pro suis educantē. Porro quæ aliis nescio quis Vallensis de Huruca adfert, coastiora mihi uidentur. Cuculum autem uocat Plautus adulterū maritum, tamq; qui oua sua in alienis nidis ponat. Sic enim Arthemone maritum in meretricis sinu deprehensum eiiciens. At etiam inquit cubat cuculus, pauloq; post, Cano inquit capite te cuculum uxor ex lustris rapit.

Digito compescere labellum. Harpocra, tem facere, & in eundem sensum alia.

Proverbiale quiddam habet hęc clausula, digito labellū compescere, p̄ eo qđ est arcanū & fidei cōmissum sermonē cōtinere. Alludit em̄ uel ad Angeronā deam silentij præsulē (ut autor est Solinus) cuius facellū Romæ inter antiquissimas religiōes habitū, ipsa p̄nexo obsignatoq; ore simulacrū habebat. Vel ad Harpocratē deū Aegyptiū qui digito labiis impresso singebat, gestu silentiū arcanū indicentis. De quo est illud Ouidia. Quiq; p̄mit uocē digitōq; silentia suadet. Inde Harpocratē facere. i. tacitū, Catullus. Et patruū reddidit Harpocratē. Est illud apud comicos frequens. mortuo dixeris, Sepulto uerba fiunt. mortuo fabulā narras. Itemq; lapidi dixeris. Mutum dices. ubi & hoc modo loqui licuerit Harpocroti dixeris, aut Harpocratē me dices, uel Harpocrates non continuerit fidelius.

Pulcherrimum est Athletam Herculi placere, aut mimum Roscio.

Vetus ait esse Campanus. Id demum summe laudis est, non vulgo sed ipsis artis principalibus, in arte satissimare. Nam id quidem fuit Hercules in re militari quod Roscius in actione, cuius oculis

nullus unq̄ histrio satisfecit.

Suis cuiq; aui plumis est usus.

Vulgo iactatū uerbū, quo significant, nulli c̄quis opulēto quicq̄ superesle. Potētibus em̄ ut plus est rei, ita sumptus est amplior faciens. Et tam aquilæ suis usus est plumis, q̄ hyrundini suis.

Apertis tibiis.

Quintilianus li. inst. x. de p̄nūciatione. Illa uera iam pene apertis, (ut aiunt) tibiis. i. uoce pleniore, claraq; a tibicinibus translatū.

Vbi amici, ibi opes, Conscientia mille testes.

Vtrūq; a Fabio prouerbij loco ponit. Prius in tyrānos & factiosos dictū. Posterius in eos, qui in mendacio deprehendūtur.

Simili similiq; gaudet.

Cice. Pares aut̄ cum paribus (ut est in ueteri prouerbio) facillime congregantur. Quod græci sic ἡλιξ ἡλικα τέρπει. Ad hoc prouers bium. Cephalus apud Platonē primo de R. P. libro alludens. Sæpe (inquit) pleriq; cōuenimus ferme eçles, antiquū illud seruātes propter uerbiū. Senes inter nos cōgregamur, ut itē inter se iuuenes. Cōsimile est græcū & illud. Similē deus ad similē ducit. Agathon in cōuiuio Platonis. Scite quidē ueteri prouerbio fert, simile simili sp̄ h̄erere.

Emunctæ naris.

Dicit is q̄ acri est, exactoq; iudicio, q̄si purgatæ naris, & uehemē ter nasutus, Hor. de Lucilio. Emūctę naris ȳsus cōponere durus. Ad hoc adagiū allusisse uide Plau. li. de rep. priō. ubi Trasimachū sic loquentē fecit. Dicito inquit o Socrates. Est tibi nutrix: Cui Socrates. Quidnā respondere dicebat, inquit magis q̄; talia querere. Quoniā inquit neglit, & oppletas tibi nares nō emungit, quū tamē indiges, qui neq; pecudū, neq; pastoris cognoscis officiū, &c.

Fames & mora bilem in nasum conciunt. Solia Plautinus in Amphitrione Vetus adagiū est inquit, fames & mora bilem in nasum cōciunt. Hoc est latrante stomacho, omnis mora bilem facit. Vnde & vulgo si quis sit morosior, atq; iracundior, eum num iejuno adhuc stomacho sit, rogare solemus.

Oculatæ manus, oculata dies, ceca dies.

Lena in Asinaria Plauti, adolescēti multa pollicēti, quī illa p̄missis nihil cōmouere. Semper inquit oculatæ nīæ sunt manus, credūt quod uident. Eadē est sūia Samnionis Terentiani. Nunq̄ ego adeo astutus fui, quin q̄uicqd possem mallē auferre in p̄sentia potius. Ballo in Pseudolo Plautina. Emē die cæca hercle oleū, id uendito oculata die. Iam hercle uel ducēte fieri possunt p̄sentes minæ, hoc est emē nō præsente pecunia, sed in diē pacta, reuēde pecunia præsente.

Nam quod præsens adest, id demū oculis uideri potest. Promissa audiuntur tantum, non uidentur. Vnde Cherea Terentianus. Fac nunc promissa ut appareant inquit.

Græca fide, Attica fides.  $\alpha\tau\tau\eta\kappa\pi\tau\omega\sigma$ .

*Fab. 2. 1. fab.* Græcis ob leuitatem, nemo fidem habebat olim, si quid promisissent, nisi simul rem præsentē exhibentibus. Inde græca fide res agi dicit, quū uerbo & auctoritate seclusa re præsenti cōmerciū transfigit. Clareta lena in asinaria Plaut. diem, aquam, Solem, Lunā, noctem hæc argento non emo, cætera quæ uolumus uti græca mercamur fide. i. præsente pecunia. Etiam si in græcis est prouerbiis Attica fides, pro certa, indubitataq; fide, ob templū ab Atticis fidei extructū.

Altera manu lapidem ferre, altera panem ostentare.

Est coram blandiri, clam obtrectare. Palam amicum, clam inimicum agere. Illectare hominem blādiciis, ut perdas. Qui mos est caudatis istis scorpīis, qui lingua lambunt, uerum arcuata cauda, genēnum infundunt. Euclio Plautinus. Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera. Quo adagio Hieronymus quū alias, tum contra Rufinū uenustissima allusione est usus. An tibi ideo panem non damus, quia hereticorum cerebro lapidem illidimus, id est an ideo te non laudamus, quia infectamur illos.

Melle litus gladius. Mellitum uenenum.

Apud eundem Hieronymū est, in Augustinum si memini recte, qui Hieronymianam interpretationem reprehensurus, blandiora quædam præmittit, quibus reprehensionis asperitatem mitigat. Ea Hieronymus mellitum gladium appellat prouerbium esse significans. Eundem habet sensum mellitum uenenum.

Ventus nauim deserit, Pulchre hæc confertur ratis.

Hoc prius dici cōsueuit, q̄ties fortuna ante sequūda reflare incipit, & ut solet, prosperis aduersa succedūt. Tranio Plautinus hero absente trienniū musice sane, atq; genialiter etatē egerat, eo reuerso quū nihil nisi crucē speraret, nūc inq̄t. Ventus nauim deserit, cōtra rebus bene procedētibus, pulchre hæc cōfert ratis, apud eundē poetā dictum.

Simul flare sorbereq; difficile.

*fus. Delinc. mōs. vīnd.* Quoties significamus duas res eodē tempore fieri nō posse. Conuenit in hoīes tumultuarios, qui simul plura negotia moliunt, quoꝝ rum nihil tñ probe. Quod uitium græce  $\tau\omega\lambda\upsilon\pi\rho\alpha\gamma\mu\sigma\pi\mu$ . noīas tur. Id uerbū A. Gellio interprete, significat ad multas res aggressiōnem, earūq; omniū rerum actionē. Tranio idem ab hero obiurgatus, q; nō maturius redisset, quū ille se alicubi suisse diceret, nec simul apud herū esse potuisse, & illud quod fuerat iussus facere. Si uoles,

inquit uerbū hoc cogitare. Simul flare, sorbereq; haud factu facile est.  
Res in foro nostro uerti.

Est rerum nostrarum statum immutari. itidem, ut in foro subinde res nouantur. Idem Tranio apud Plautum. Vbi egomet uideo rem uerti in meo foro.

Vti foro. *z̄ alibi d̄m̄ z̄ m̄*

Est se rebus præsentibus accommodare, æquoq; animo ferre quod temporis ratio postulat, Teren. in Phormione. Scisti uti foro. Quod adagium fuisse vulgatū, etiam si Donatus non admonuisset, nemo tamen esset, qui dubitaret, Seneca. Ut amur foro, & quod sors feret æquo animo feramus. A mercatoribus translatū Donato auctore, qui non ante locum cōmertiū præscribunt, quanti uendant quæ aduehant, sed sequundū annonam fori, quam deprehenderunt consilium de uendendis, aut non uendendis mercibus sumunt.

Inscitia est contra stimulum calces

Græci τῷσι κεύτρᾳ λωκίζειν.

Ex eadem est fabula. Donatus ταροιμια est inquit cum eclypsi. *ab Lauta*  
Deest em iactare, Est aut contra stimulū iactare calces, iis repugnare, *amor*  
quos q; uincere nequeas, nō nisi malo tuo puoces. Simile Stimulos manu cædis. Plautus in Trucul. Si stimulos pugnis cædis, manibus plus dolet. De nihilo nihil est irasci, quæ te non floccifaciat.

Aureos polliceri montes.

Est ingentia regaliaq; promittere, Plautus in Sticho. Neq; ille sibi mereat Persarū montes, qui esse aurei perhibentur, Terent. in Phormio. Is senem per epistolam pellexit, modo non montes auri polliscens. Hanc hyperbole proverbialem fuisse Donatus admonet. Persius. magnos promittere montes.

Bona Cylicum.

Græcum adagium est. αγαθὰ κυλικῶν. Cui cylix quidam occasiōnem præbuit, qui prodita Miletō ad summas diuitias repente eueritus est. Dicitur in eos, qui foedo quæstu dilescunt.

A mortuo petere tributum.

ἀπὸ νεκροῦ φορολογεῖν. i. a mortuo tributum petere. In homines rapaces dicit, qui per fas, nefasq; sine discrimine undecunq; diuitias congerūt. Consimile est græcū item & illud. Vel a mortuo rapit.

Diuitiarum pelagus. Opum cuius *m̄ m̄ m̄ m̄*  
mulus. Bonorū formicarium.

Græca sunt. αγαθῶν θάλασσα. Id est bonorum mare αγαθῶν σωρος. id est bonorum cumulus αγαθῶν μυρμηκία. id est densissima confertissimaq; uis bonorū. Est em μυρμηκία cauernula aut agmen

# ERASMI

formicar̄. Cōpetit in eos qui imensas opes domi extructas h̄abent.  
Ilias malorum, Lerna malorum.

κακῶν λίας. i. malorū ilias . Quū nihil mali deesse significamus,  
ut in iliade omne erūnarum oīm genus cōmemorat. Necq; huic dissimile illud λέρνη κακῶν. i. lerna malorum, quo apte utemur, quoties  
malū malo, calamitas calamitati succedit, ita ut fere fieri uidemus. A  
lerna palude tractum, in quam omnis colluuies erat collecta.

Lineam mittere.  
Plaulin mustellaria. Non ego illi extēplo ita meū ostendā sensum  
Mittā lineā, dissimulabo me horū qc̄ scire. A pictoribus translatū.  
De facie nosse.

Est uel leuiter tanq; eminus uisum nosse, Cice. in Pisonem. Habet  
hoc ip̄a v̄tus, quā tu ne de facie quidē nosti. i. non mō penitus qd sit  
uirtus non perspexisti, uerū ne simulacrū quidem uirtutis nosti.

Matura.

Augustū & in sermonib; dicere, & in epistolis scribere solitum  
Aul. Gellius refert σπ̄ωθε βραδέωσ. id est festina lente, quod simili  
uerbo dici latine putat Gellius, matura. Quo sermone moneret,  
ut ad rem agendam simul adhiberetur, & industriæ celeritas, &  
diligentiæ tarditas. Simile est huic Sallustianū illud. Anteç̄ incipias  
consulto, ubi consulueris mature opus factō est.

Lentius ambulando longum etiam iter conficitur.

Neotericū est adagiuū apud Italos, quo cōmendata est assiduitas,  
Assidua em opera, etiā si remissior sit. uel operosa negocia finiunt̄.

Abronis uita, sicula mensa, sibaritica uita.

Ἄβρωνος βίος, στιχελη τράπεζα, συβαριτικός βίος.

Græcor̄ sunt adagia in hoīes sumptu, luxuq; imodico. Abronis  
em deliciæ nō aliter apud gr̄cos puerbio locū fecerūt, q; Aesopi pa-  
tina latinis sermonē ministrat. Et sicula mensa, sibariticaq; uita fuit  
em utraq; natio luxu notabilis in prouerbiū abiit, ut & Persici ap-  
paratus, de quib; Hora. in odis Persicos odi puer apparatus.

Mortuo uerba facere, & alia in eundem sensum.

Incidit, quū quis loquit̄ ei, qui uerbis illius nō magis mouetur, q;  
si non audiat, Plautus. Mortuo uerba nunc facio, Teren. Verba siūt  
mortuo. Simile est surdis canere, Vergi. Non canimus surdis. Et fas  
bellā surdo asello narrare, qd est apud Horatiū, Plautus. Nihilo plu-  
ris refert, q; si ad sepulchrū mortuo dicat iocum Extat & græcū ada-  
gium νεκρῷ λέγων μύθους εἰς οὐ. Et lapidi loqueris. Et ad parietem  
uerba facis λίτω λαλεῖς τῷ χοῦ λαλεῖσ.

Est sua & formicis ira.

Ἐνεσὶ καὶ μύρμικὶ χολῇ. Est & formicæ ira. Græcum est, & hunc habet sensum, neminem esse tam impotentem, quin iniuriam acceptam ulcisci cupiat, nec cuiuscumque uel infimi hominum similitudinem esse contemnendam.

Oleum & operam perdidi.

A palestritis curādis sumptū adagiū. Quo labore oīm frustra alijs qua in re sumptū innuebāt, ut si quis marmoreo ingenio hoīem plurimo labore mīlos annos docuisse, nec ille factus eēt, uel pilo doctior Plau. in penulo. Tū pol ego & oleū, & operā perdidi. Cicero in epistolis. Nam qd ego te Athletas putē desyderare, qui gladiatores contēperis, in quibus ipse Pompeius profiteret se & oleū, & operam persidisse. Nec aliud est prouerbiū quod Coruus (de quo Macrob. mēminit) sonare didicerat. Opera & impensa periit. Et in ingratos mire quadrat in quos quicquid collatum est, perditum est.

~~robō amb~~ Oleū perdidit & impensas, qui bouē mittit ad Ceroma.

~~frust~~ Quadrat in eū, qui docet indocilē, qui ue castigat incorrigibilem Hiero, ad Pan. de optio gñē interpre. cōplet in me tritū vulgi sermone, puerbiū. Oleū perdit & impēlas, qui bouē mittit ad Ceroma. Est aut Ceroma oleaceū quoddā unguentū, quo unguebanū athlete.

Cerealis cœna, pontificalis cœna, dubia cœna.

His modis conuiuiū opipare apparatū significamus. atq; extrusum Peniculus in Menechino Plauti. Cerealis cœnas dat, ita mensam extruit, Tantas patinarias struices cōcinnat. Standū est in lecto. si quid de summo petas, Hora. in odīs. Absumet hæres Cæcuba dignior. Seruata centū clauib; & mero, Tinget paumentū superbo Pontificum potiore cœnis, Terentius. cœna Dubia apponit, Quid istuc uerbi est: ubi tu dubites, quid sumas potissimum.

Acum credo inueniſſes si acum quæreres.

In eadem est fabula Plauti, de puella per omnes terras diu frustra uestigata.

Viam qui nescit qua deueniat ad mare, eum  
oportet amnem quærere comitem sibi.

Apud Plautū est in penulo, qd a doctis usurpatū in hunc sensum reperio. Qui rem cōmode cōficerne nequit, is quavis ratiōe conficiat necesse est. Potest & in hūc sensum accipi. Qui per se non sapit, alios consulat qui plus sapiunt. Potest item & in hunc. Qui recte uiuendi rationē ignorat, eos sibi proponat, quorū uita laudata est.

Lupo agnum eripere postulant, nugas agunt.

Hoc est prædam homini rapaci de manib; extorquere. Verba sunt lenonis in eadem fabula.

# ERASMI

Austrum ego perculi.

*lab. ad mons probat vnu*  
Id est oēm operam lusi. In eadem est fabula. Quo quidem adagio  
usus est & Paulus in epistolis, quasi aerem inquiens uerberans.

Nos tibi Palumbem ad aream adduximus.

Obiecimus tibi, quem capias dolis si uelis. Occasionem ministra  
uimus. Tuum est ea uti.

Plumbea ira, plumea gratia.

Plautus uerū ita sunt isti nostri diuites. Si quid benefacias leuior  
pluma est gratia. Si quid peccatū est, plumbeas iras gerunt. Est apud  
eundem. Ramenta plumea propensior, id est uel tantillo.

Sine pennis uolare haud facile est.

*locū habet ubi qd deesse significamus, sine quo res peragi neque*  
*ad. Qui sermo hodie quoq; vulgo est perq; familiaris. Inde alas acci*  
*dere, pro eo q; est adminicula, materiāq; quippiā conādi eripere.*

Lapis irrisibilis αγέλασος τέτρα.

*Græcū est adagium. In eos conuenit qui curiā contabescunt, nec*  
*unq; animum risu soluūt. Translatum aiunt a nescio quo faxo, cui*  
*Ceres dum filiam amissam queritat insederit. In eisdem & illud, per*  
*annulum transeat oportet.*

Grauior Areopagita.

*Sevænotheos ἀρεοπαγίτου. id grauior areopagita. Dicitatum in*  
*homines nimium tetricos, ac sœueros. Cuiusmodi homines vulgo*  
*acetum potitare dicimus.*

Proba est materia, si probum adhibes fabrum.

De his dicit̄ quorū egregia indoles magni quippiā pollicet̄, si res  
etē instituat̄. A ligno rudi translatū, ad fabricā tamen idoneo.

Ab asinīs ad boues transcendere.

Hoc est ab humili conditiōe ad ditiorū partes trāsire, ab Euclione  
Plautino dictū, cuius pauperculi diues quidā expectabat affinitatē.  
Hoc magnū est periculū inq̄t me ab asinīs ad boues trāscendere.

Ab equis ad asinōs. ἀφ ἵππων ἐπ ὄνουσ.

Cui diuersum est græcum illud in eos, qui ab honestioribus suis  
diis ad inhonestā se se conuertūt. Veluti si quis e philosopho coquus  
fieret, aut caupo ex mercatore, aut ex theologo histrio.

Tu trium literarum homo.

Aut furem significat, aut libertum, sed furem potius. Nam se  
quitur. Etiam fur trifurcifer.

Laternā pumica.

Conuenit in eum, qui arcanū non cōtinet, qualē se Parmeno Te  
rentianus esse prædicat. Plenus rimarū sum, hac atq; illac perfluo.

Male enim cælat lucerna, si quid in ea consideris.

In tuo luco & phano est situm.

Id est in tua potestate, tuo arbitrio, tua tutela, tua manu. A numis  
num lucis & phanis translatum.

Albo rete aliena oppugnare bona.

Dici uident̄ ī, qui calūniis iuris, falsisq; tabellis in possessiones ali-  
enas imperū faciūt. Parasitus quidē in Persa Plauti. Appareāt inquit  
qui hic albo rete aliena oppugnat bona. Hæc ut hūc in sensum acci-  
pienda mihi uideant̄, faciūt ea quæ p̄cesserūt, illa uidelicet ubi qua-  
druplator quempiam inlexit manū, tantidem ille tibi rursus iniiciat  
manū, ut æqua partī prodeant ad tres uiros, si id fiat, ne isti faxim in-  
q;. Erat autem parasiticū & hoc, per calumniam in ius trahere, nisi  
accepissent, Horati. Nequitiæ fautoribus & timidis.

Ebur atramento candefacere.

Rei per se speciosæ, extrinsecus ornatum uelle asciscere, qui decus  
obscurat potius, q; adiuuat. Ita lena puellæ formosæ cerussam ad  
oblinendas malas postulant̄. Vna inquit opa ebur atramento can-  
defacere postulas. Ut autem cerussa ad candorem adhiberi consue-  
uit, ita purpurissa ad tingendas rubro malas.

Aliquid mali propter uicinū malum Hesio.

dus. τάκμα κακός γείτων. Noxa malus uicinus.

Dorippa apud Plau. in milite. Nūc ego uerū illud uerbū esse ex-  
perior uetus. Aliqd mali eſe ppter uicinū malū. Quo uerbo mones-  
mur, ne improbo & cōuictu utamur, ne illorū peccata in nīm caput

Viua uox. ξώσα φόνη.

(refundantur.

Viua uoce dīscimus, qd nō ex mutis literis, sed a p̄ceptore ipso lo-  
quente. Nam scripta oratio, uox quēdā est quidē illa, sed mortua. At  
pronūciatio uiua quēdā est uox, quā propriam quandī energiā ha-  
bere scribit Hierony. Aul. Gel. Quoniā uocis (ut dicit) uiue poenū-  
ria erat ex mutis (quod aiunt) magistris cognoscere in.

Dauus sum, nos Oedipus.

In Andria Terentij est, Conuenit ubi quempiam obscurius, atq;  
ænigmatice loquitū significamus, nec satis a nobis intelligi. Sum-  
ptum adagium de Sphyngis, atq; Oedippi fabula.

Obsequium amicos, ueritas odium parit.

Celebratissima sñia, non monēs quidē qd fieri decet, sed ostendēs  
qd vulgo fiat. Qui uelit m̄tos sibi amicos, oīm moribust obsequiū-  
det, & iuxta Pers. Parcat auriculas teneras mordaci radere uero.

Nuces relinquere.

Est a puerilibus studiis ad grauiora cōuerti. A uetus nuptiarē ce-

# ERASMI

rimonia translatū, in quibus sponsus uxorem dicens nuces spari  
gebat, tanq; pueritiæ iam renūcians. Et ut scripsit Seruius. Pueri cas  
tamiti olim a turpi seruitio recedentes nuces spargebant, significans  
tessē posthac omnia puerilia spernere. Nucibus enim olim lusitasse  
pueros notissimū est, Catull. Da puer propere nuces. Concubinæ  
nuces da, Vergilius. Sparge marite nuces, unde Persius uirilem ætas  
tem prouerbialiter uolens significare. Et nucibus inquit facimus  
quæcumq; relictis, id est postq; e pueritia excessimus.

Sapere patruos.

Sapit prouerbialem figuram & hoc, sequiturq; statim eodem in  
loco. Qui sapimus patruos, id est sæueritatem & grauitatem.

Extra quærere.

In eadem est Satyra, pro eo quod est assentandi studio aliud vul  
tu, sermoneq; præ se ferre, aliud in animo sentire, Pers. Accedas. Exa  
menq; improbū in illa, Castiges trutina, nec te quesuferis extra.

Auro habet foccis suppactum solum.

Apud Plautū est, in hoīem uehemēterdiuitē, quasi qui aurū pedi  
bus calcet. Solū enim p infima calceor; parte quē calcat accipimus.

In fermento iacere.

Est ira angi, atq; intumescere, Plau. in Merca. Vxor tota in fermē  
Aquam in cribrum gerere. (to iacet.)

Est inanem operā sumere, Plaut. in eadem fabula. Non pluris res  
fert, q; si aquā in cribrū ingeras. Simile est illud aquā pertuso hauri  
re dolio, id quod a fabula Belidū puellarum translatū est. Vnde &  
apud græcos adagium. Inexplebile dolium, in auaros.

Supercilium salit.

A ueterū obseruationibus superstitionis sumptū uideſ. Tanq; boni  
quiddā euentur p̄ sagiat, si supercilium saliat, de pruritu ſiſe eſt, subinde  
apud Plaut. Ita mihi tergū prurit. Et utrū dētes tibi pruriūt an maleſ.  
Hodieq; sermonēde ſe inter absentes fieri, ſi tinnierint aures bonū ſi  
dextra. malū, ſi ſinistra auri tinnitus ſenſerint nī ſe mulierculæ putāt.

In utramuis dormire aurem, aut in oculū utrumlibet.

Est ociū eſſe curaç; oī uacare Plau. de istac re in oculū utrū uiscō  
quiescito, Terē. Faciā in utramuis aurē ociosus ut dormias. Menander  
in Plocio apud Gel. In aurē utrāq; quādoquidē dotata eſt cubet.

Magno gemitu manus fit grauior.

Apud Plautū hoc eſt, dolor & ira uires augent homini.

Obtrudere palpum.

Est dolosis blandimentis decipere, Plautus. Ego iſtuc aliis dare  
condidici, mihi obtrudere non potes palpum.

## Rara auis.

Dere dicit rara admodum inuentu, luuenalis. Rara auis in terris nisi  
grōq; simillima cygno, Persius. Si forte quid aptius exit, qñ hæc raz  
ra auis est, siquid tamen coruo albo rario apud luuenalem legitur.  
phœnicis quoq; singularitas in raritatis prouerbiū abiit.

## Bonis auibus, malis auibus.

Vtrumq; ab augurum obseruationibus sumptum est. Bonis au  
bus huc me appuli, id est auspicato. Horatius. Scriberis uario fortis  
& hostium. Victor Meonij carminis alite. Idem. Mala ducis auī dos  
mū. Idem iterum. Mala soluta nauis exit alite.

## Suo iumento sibi malum arcessere.

Est sibi ipsi mali occasionem ministrare. Mercurius in Amphitris  
one, Plautus. ipse homo sibi a me malam rem arcessit iumento suo,  
id est sua opera, & tamq; suo plaustro aduehit.

## A tergo ridere quomodo prouerbialiter dicitur.

Mirum ni & illa apud Persium ex cōmuni sermone vulgi sum  
pta sunt. O Iane a tergo, quem nulla ciconia pinsit. Nec manus auris  
culas imitata est mobilis albas? Nec linguae tantum, sicut canis Ap  
pula quantum. His certe gestibus stolidi sibiq; nimium placentes a  
tergo ridentur, ab his a quibus coram laudantur.

## Postica sanne.

Eodem in loco legitur pro occulta irrisione, quæ fit a tergo. Pos  
ticæ occurrite sanne.

## Caput scabere, Vngues arrodere.

Vterq; gestus est hominis admodum cogitatundi, cui nihil dum  
occurrit tale, quale querit. Hora, in serm. de Lucilio. Sæpe caput sca  
beret uiuos, & roderet unguis. Sæpe stilū uertens, iterum quæ digna  
legi sint scripturus. Persius de poetis oscitabūdis, & idem in scriben  
do securis, Nec pluteū cedit, nec demorsos sapit unguis. Idem Cru  
dum Chærestatus unguem arrodens ait hoc.

## Genuinum infigere.

Est clanculum mordere, atq; obtrectare, tanq; occulto dente qua  
llis est utiq; genuinus lacerare. Persius de Lucilio. Et genuinū fregit  
in illis, Hieronymus. Possum respondere si uelim, possum genui  
num læsus infigere.

## Fœnum habet in cornu.

Adagiū est, quo significamus cauendū esse a quopiā tanq; maledi  
co, atq; improbo & feroci, Hor. de poeta mordaci. Fœnū hēt in cor  
nu longe fuge. Quo puerbio Hiero. de seipso aliquoties uititur. Et ad  
idem alludens, Plautus. Cornutā inquit besuā petis. i. hoīem quem

# ERASMI

nō impune lacerissueris iniuria. A tauro cornupeta translatū est, uel quia boues copiosius pasti fœrociores esse soleant, uel q̄ cornupetis fœnum in cornu pro signo cosnueuerit alligari, sicut canibus & es quis mordacibus tintinabulū, quemadmodū Acroni placet.

Naso suspendere.

Antiquitas irrisioni nasum dicauerat. Vnde nasuti dicebant, qui docte, faceteq; alios ridere nouissent, Mar. Et pueri nasum Rhinoceros rotis habent. Idem. Non cuicūq; datum est habere nasum. Idem iterum Nasutus sis usq; licet, sis deniq; nasus. Inde naso suspendere, pro contemptim irridere, Horati. Naso suspendis adunco. Et alibi. Balastro suspendens omnia naso. Persius de Hora. Quem uafrum irrisorem uideri vult Callidus extenso populum suspendere naso. Idem. Rides ait, & nimis uncis naribus indulges.

Aurem uellicare.

Vt nasus irrisioni, ita auris memorię dicata erat. Vnde in ius du-

sturi hominē, aurem cuiuspiā astantis uellicabant antestantes. Inde aurem uellere pro eo quod est memorem facere apud eruditos legis tur Vergilius. Cinthius aurem Vellit & admonuit.

Premere pollicem, conuertere pollicem.

Olim in pollice fauoris studiūq; erat significatio. Vnde quē fauere cuiquam significabant. eum pollicē premere, contra qui minime faueret eum cōuertere pollicem dicebant, Plin. li. xxvij. Pollices quū faueamus p̄m̄ere, etiā prouerbio iubemur, Hor. Consentire suis suis dīs qui crediderit te, Fautor utroq; tuū laudabit pollice ludum. De conuertendo pollice luuenalis. Conuerso pollice vulgi, Quemlibet occidunt populariter, id est fauore in odium mutato.

Frontis perfictæ.

Frons indoli pudorit̄ sacra, Inde frontē prouerbio pfricuisse discuntur, qui pudorē omnē dedidicerūt, quos iam nihil pudet. Cuiusmodi homines effrontes perfictaq; fronte ac facie dicuntur Plinius auunculus. Perfici faciē, nec tamē profici, quando alia uia ingens occurrit. In eadem illa figura est. Qua fronte id audes dicere? Quo ore filiū accusabis? Nam impudentes durū os, aut oīno nullum os, id est nullam frontē habere dicuntur, Oui. Non tibi plus cordis, sed minus oris adest, Plini. li. xi. Frons & aliis, sed homini tantū tristiciæ hilaritatis, clemētiæ s̄æueritatis index. Proinde quū s̄æuerum, ac tristem significamus, tetrica fronte, caperataq; dicimus, Plaut. Caperat frons s̄æueritudine. A caprinis uidelicet cornibus ducta similitudine. Rursum quū hilaritatem innuimus. Exporrecta fronte dicimus. Porrectione fronte mecum loquaris, id est hilariore.

Adducere supercilium, Superciliosus.

Apud Pliniū statim de superciliis sequit̄ in h̄ic modum. Supercilia homini & pariter, & alterne mobilia. Et in his p̄s animi, Negamus. annuimus. Hæc maxime indicant fastus. Superbia aliubi cōceptaculū sed hic sedē habet. In corde nascit̄, hic subit̄, hic pēdet. Nihil altius si p̄ abruptiusq; inuenit in corp̄e, vbi solitaria esset. Hactenus Pli. Inde at tolli superciliū dicimus arrogantiā significātes. Adduci, fastidiū indicātes. Poni superciliū, quū recedit̄ ab arrogātia. Et fastosos hoīes supercilioſos appellamus. Simpliciterq; ip̄m superciliū, p̄ arrogātia ponit.

Conniuere.

Metaphora nīmis q̄ venusta dicit̄, is qui prudens culpā quā intel ligit, indulgēta tamē quadā, ac studio diſsimulat. Ut parētes ad leuis ora quedā liberorū uitia cōniuent. Et corrupti iudices in causa cōni uēt. Hoc significatu nō semel apud Ciceronē in actiōibus occurret.

Rubo arefacto p̄fractior. αγαμπτοτάτος Βρατου αγον.

Græcum est adagium in homines obstinatos, & præfractos, ac difficiles quos ut frangere possis, flectere certe non queas.

Aquam e pumice postulare.

Est ab alio petere id cuius ipse maxime egeat. Veluti si quis ab in docto doceri, ab inconsulto consiliū postulet. ab egeno munus, ab inope præfidiū. deniq; ab auaro ac tenaci pecuniam. Plaut. Nam tu aquam e pumice nunc postulas, qui ipsus sitiat. Idem. Pumex non æque est aridus, atq; hic est senex.

Tibiam tubæ comparas.

αὐλὸν σάλπιγγι συκρίνεις, id est fistulam tubæ comparas, quum exilia cum magnis conferuntur. Sic canibus catulos similes, sic ma tribus hedos Noram, sic paruis componere magna solebam. Consimilem fere sensum habet τέττιγι τὴν μέλιτταν συγκρίνεις, id est Cicade apem comparas. De musicis, oratoribusq; dispari facultate. Cicada namq; canora est, quum apes sit muta.

Claudus loripedē ridet, æthiopē maurus, luscū luscus.

Quoties id uitij alijs exprobrat q̄spīā, in quo sit ipse. Iuuenalis. Loripedē rectus derideat, æthiopē albus, Persius. Et lusco qui possit dice re lusce. Tametsi non ignoro Persiū in alium sensum scripsisse.

Dij tibi tuam dent mentem.

Impr̄ecatio est puerialis in insanos. Marti. Dij mentem tibi dent tuam Phileni. Ad quod alludēs, Hora. Quid facias illi: iubeas miserum esse libenter, Quatenus id facit. Optamus & meliore mentem ijs qui nobis parū sani uident̄, Teren. Mentē meliore uobis dari.

Sub alia queru collige.

τὸν δρῦν βαλάνει, id est aliam quercū excute. A prīscis usq; seculis repetitū adagium. Primitus eīn homines glandibus viciūtā bant, quas excussis quercubus colligebant. Quare si quā arborem iam inanem vidissent, aliam esse excutiendam quercum dicebant. Quadrat in eos qui improbe, nimisq; sēpe ab eodem vel beneficiū vel officium petunt.

Strenuos equos non esse opere defatigandos.

Neotericū apud nostrates prouerbii, quo monemur, ut amicis spontaneis, & ad obsequendū paratis, modeste verecūdeq; utamur.

Polypi mentem habe.

πολυπόδος νόον ἴσχε. Hoc est Polypi mentē habe, id est, p loco, & tēpore alios atq; alios mōres tibi sume. A pīscis huius proprietate tractū adagiū, quē Plinius lib. ix. ad loci similitudinē colorē mutare dicit, maximeq; in metu. Id qd diuus Paul. obseruauit, qui oīa factus est oībus. Hanc sententiā Chrysalus in Bacchidibus Plautinis mire expressit. Nullus (inquit) frugi esse pōt homo, nisi qui & bene, & male facere tenet. Improbus cū improbis sit, Harpaget, furibus furet, qd queat. Versipellem frugi cōuenit esse hoīem, pectus cui sapit. Bonis sit bonus, malus sit malis. Vt cunctq; res sint, ita animū habeat.

Genio sinistro.

Dīs iratis, Genio sinistro inueniuntur, pro eo quod est infelicitas. Adeſt eīn unicuiq; nostrum Genius bonus, & item malus.

Dextro Hercule.

In eos cōuenit, qui in accumulandis opībus sunt bene fortunati. Nam Herculem moriturū dixisse ferunt, si quis sibi honorē suorū decimā partē cōsecrasset, eū diuitē futurū. Hora. Diues amico Hercule Persius. O si sub rastris crepet argēti mihi seria dextro Hercule,

Mouere bilem, Facere stomachum.

Vtruncq; usitatissimū, pro eo quod est ad iram prouocare.

Sonat vitium percussa maligne; Responde  
det viridi percussa fidelia limo.

Apud Persium est prouerbialis haud dubie metaphora. Dici posse est in eos, qui rogati stulte respondent, quorūq; oratio inscītiā ipsorum, stulticiamq; prodit.

Ad populum phaleras, Ego te intus, & in cute noui.

Hūc Persianū versiculū, puerbi vice Hiero. subinde usurpat. Cōpetit in eos, qui sese apud imperitos iactitant, quū doctos nihil fallat. Thita præfigere.

Apud Persium, pro eo qd est damnare. Et potis es vitio nigrum præfigere Thita. A vetero iudicio more translatū est, in quo iudi-

ces singuli singulas sortes in urnulam mittebant. Eratq; θ damnatio  
nis signum, κ absolutionis, λ ampliationis.

Metus sine metu.

αθετος οντος, id est timor sine timore, græcū est. Dicitur in eos qui  
illuc timent, ubi nulla est timendi causa. Simile apud Platonem. Vm  
bram suam metuere.

Cornix scorpium, Leonem pungis.

κορώνη τὸν σκορπίον, id est cornix scorpium. Metaphora est, cum  
eclypsi, deest rapuit, aut comedit. Quadrat in eos, qui sic quēpiam lę  
dunt, aut perdunt, ut sibi quoq; sit pereundum, aut eum atticiunt cō  
tumelia, a quo tantundem mali, aut etiā amplius sint recepturi. Nec  
dissimile est illud Plautinū. Calidum hodie prandium comedisti, id  
est fecisti quod tibi magno malo futurū est. Consimilem fere sensum  
habet τὸν λέοντα ωτεις. i. leonē pungis, seu stimulas, in eū qui eos  
prouocat, quibus irritatis continuo sit pereundum. Veluti si quis ty  
rannum aut potentem jaceat.

Ede Helleborum.

Anticyras nauigare, & porco expiari, aut helleborum edere iube  
mus, quos insanos esse significamus, propterea quod in Anticyris  
insulis nascatur hęc herba, qua cerebrum purgari constat. Plautus in  
sanum porcū syncerū & sacrū immolare iubet. Hora. Nauiget Anti  
cyras. Idem. Si tribus Anticyris caput insanabile nunq; Tonfori Lis  
cino cōmiserit. Persius. Anticyras melior sorbere meracas. Plautus.  
Non potest hęc res trium iugerum helleboro obtinerier.

Ede Nasturtium.

εσθιε κάρδαμον. hoc est, ede Nasturtiū. Adagiū græcū in homines  
torpentes, ignauos, secordes. Nasturtium em̄ herba, ut auctor est Pli  
nius lib. xix. cap. vii. animum excitat, exacuitq; mentem, veluti Eru  
ca venerem quidem acuit, sed mentem hebetat.

Quantum non miluus oberret.

In hominē īmodice locupletē dicit, cui tantū sit agorę, quātū nō  
miluus perpetuo volatu peruolet. Persius. Diues arat curibus, quan  
tum nō miluus oberret. Iuuena. Tot miluis intra tua pascua lassis.

Cedimus inq; vicem præbemus crura flagellis. *mea et monachorum*

A sagittaria pugna sumpta metaphora proverbialis. Dici potest  
in eos, qui aliena infectantur vitia, sua non vidētes, quibus vicissim  
hoc euénit, ut ipsorę vitia rursus alijs reprehendant. Horatius. Cedis  
mus, & totidem plagis consumimus hostem. id est carpimus alios  
ab alijs vicissim carpendi.

Tuo te pede metire, Tecum habita.

Apud Horatium est in sermonibus. Quo adagio monemur, ne quis se dilatet ultra conditionē suam, neue seipsum ex assentatorum laudibus, aut vulgi opinione, aut fortunæ fauore, uerū propriis, ac ueris dotibus, animiq; uirtutibus æstimet. Nec minus grauiter dixit Persius. Tecum habita, uenoris, q̄ sit tibi curta supellex.

Bullatæ nugæ.

Res fuitiles, nulliusq; frugis, quæ perinde tamē ut magnū quiddā uentosa oratione efferunt, bullatæ nugæ dicunt, ueluti cōcionatores quidam imperiti quum meras nugas blaterent, uocis tamen, ac gestus tanta maiestate p̄ferūt, ac si eas nō in summulis, sed in tertio cōsilio cum Paulo didicissent. Horatius orationē ambitioso uerborum apparatu cōstructam, uerum solidioris sententiæ inopem, canoras nugas appellat, Persius. Bullatis ut mihi nugis Pagina turgescat.

Aceto perfundere. Amor w.r.  
Est quempiam mordaciore conuicio tangere, Horatius. At græsus postq; est Italo perfusus aceto Persius exclamat.

Sambucam citius Caloni aptaueris alto.

Prouerbialis est uersus apud Persium, a militari re ductus. Nam Sambuca machina est bellica, quæ non nisi summa arte torquetur. At calones pugnandi rudes, uallum modo gestitant. Idem est sensus ac si dicas. Ex boue potius funambulum, q̄ ex hoc stolidissimo sene doctum philosophum fieri. Necq; male coherabit, si sambucam pro organo musico, & calonem pro hominie rusticano acceperis. utrumq; enim nomen pro utroq; positum inuenitur.

Creta notare, Carbone notare. Dñs ab Fallo

Quæ probamus ea uelutí alba fœliciaq; creta, notamus, quæ clamnamus carbone tanq; atra, & improbanda signamus, Persius. Quæq; sequenda forent, & quæ uitanda uicissim. Illa prius creta mox hęe carbone notasti, Horatius. in sermoni. Quorsum abeant sani an creta, an carbone notandi.

Edētulus inuidet dentato, Talpa caprearū contēnit oculos.

Eruditissimā illam ep̄lam quam ad magnū oratore scripsit Hieronymus lepido puerbio clausit. Cui quæso inquit ut suadeas, ne ueſcentiū dentibus edētulus inuideat, & oculos caprearū talpa cōtemnat. i. ne id aliis inuideat, qđ ipse nequit assequi. Sic em̄ fere est hoīm quorundā ingeniū, ut quisq; laudet, quantū se assequi posse sperat. Si quid supra uires suas esse fenserint. id negant disci oportere.

Tota erras uia, Toto errauit cōelo.

Quoties quempiam uehementer errare significamus tota uia, totouc cōelo errare dicimus, Terenti. in Eu. Tota erras uia. Consimile

est huic, quod apud Macro. in Satur. iij. dicit Euangelus. Nuncq; ne ti  
bi prætextate euenit in mentem, toto (aiunt) cœlo errasse Vergiliū.  
Quod quidem posterius, mirum nī vel a Phaethontis, vel a Cereris  
fabula sumptum est.

## Equis albis præcedere.

Vbi quē alijs longe quapiā in re superiorē esse, longoq; interual  
lo anteire significabant, eum albī equis præcurrere dicebant, vel q;  
antiquitus albi equi nobiliores, & ad cursum meliores habebantur,  
vel q; triūphātes, hoc est hostiū victores, equis albī vectarent. Hor.  
de Persio quodā. Durus homo atq; odio q; possit vincere regē. Cōfi  
dens tumidusq; adeo sermonis amari Sisennas Barros, ut eqs pcur  
reret albī. Erant autē Sisenna & Barrus hoīes insignita maledicentia.  
Etīā si Acron Barros legit, ut sit epithetō. Necq; dissimile est Plautinū  
illud in Asinaria. Nā si huic occasiōni tēpus sese subterduxerit, nun  
q; ædepol albī qdrigis indipiscet postea. Idē in Aulu. Quod iubeat,  
tūc qdrigis pperet psequi. Et alias aliquies hac translatione Plautus  
utitur. Tamētī Horatianū illud nō tam a triūpho, q; eīftri certamē  
mutuatū videt, ut albos equos foelices, & fortunatos intelligamus.

Vbi non sis qui fueris, non est quur velis viuere.

Ex ep̄la Ciceronis ad Mariū, ubi sīna hæc noīatiū etīā p puerbio  
posita est, vetus est inq̄t, ubi nō sis qui fueris, nō esse quur velis viues  
re. i. tolerabilius est vel inter ignotos exulare, q; in ea rep. cōtemptū,  
honoreq; spoliatū manere, in qua aliquā sūma cū dignitate vixeris.

Plautina eloquentia, Atticus Iepos.

Adeo Plautinis comœdijs delectata est antiquitas, etīā si nō pbāt  
Hora. ut Plautina eloquentia nō secus q; Attici sales, musarūq; elo  
quiū in prouerbiū abierit. Hierony. ad Pamachium. Hæc est inquit,  
Plautina eloquētia, hic Iepos Atticus, & Musarū (ut dicit) eloquio cō  
parandus. quanq; illud musarū eloquium ad. M. Varronis de Plau  
to elogium respicit, qui dixit musas si latine loqui voluissent, Plauti  
no more fuisse loquuturas.

Bos lassus fortius figit pedem.

Scito adagio usus est idem Hierony. ad Augustinū, eum deterrēs,  
ne iuuenis senē prouocet, ppterēa q; tardius quidē ad pugnam ex cis  
tantur senes, verū acrius seuiunt, ubi irritati cōcaluerint. Hieronymi  
hæc sunt verba. Memento Daretis & Entelli, & vulgaris puerbi, q;  
bos lassus fortius figat pedem. A veteri trituræ more ductū est, tum  
enīm circumactis supra manipulos curribus, grana excutiebantur,  
partim a rotis ipsis, partim thauro & ungulis. Monitoriū ne quando  
eos improbe prouocemus, qui ad irascendum sunt lentiores, hmōi

# ERASMI

enim semel irritati placari fere non possunt. Furor namque fit læsa fætus  
pius patientia.

Per nebula, per caliginem, per somnium.

Per nebula scire, per nebula recordari, per nebula intelligere, pro eo quod est leuiter, atque obscure, vixque recordari, aut scire, apud Plautum aliquoties inuenit. Eodem in sensu Hieronymus, per somnum recordari dixit. Ut quæ puelluli admodum fecimus, ea senes tamē nō nunquam recordamur, sed per nebula, & tanquam per somnum. Per caliginem eodem in sensu inuenitur.

Qui vestitu ac creta se occultant.

Euclio in Aulularia apud Plautum de furacibus loquens, qui vestitu tamē ac vultu perinde se gerunt, ac si probi essent. Qui vestitu inquit, & creta occultant se, atque sedent, quasi sint frugi. Quod in eos cōpetit, qui introrsus turpes, summa sunt nequicque pelle decori.

In vado est omnis res.

Id est extra periculum. Terentius. Omnis res in vado est. Plautus in Aulu. Hæc propemodum iam esse in vado salutis res videtur. At transmittentibus amnem, aut certe a nauigantibus translatum. Nec longe ab illo diuersum illud eiusdem Terentij in Andria. Ego in portu nauigo, id est uno sine periculo res geritur. Nūc huius, inquit, periculo fit, ego in portu nauigo.

Omnis sibi melius esse malunt, quam  
alteri, & alia in eodem sensu.

In eadem est fabula. Verū illud verbū est, vulgo quod dici solet, Omnes sibi melius malle, quam alteri. Ad idem facit Plautinum illud, Tunica pallio propior est. Terent alibi. Heus tu egomet mihi sum, proximus. Quod adagium sic accipiamus, ut intelligamus, non moneri quid factu sit optimū, sed quod vulgo fieri solet, reprehendi.

Quādo id fieri nō potest quod vis, id velis quod possis.

Sententia tum moralis, tum venustissima cōuersione facta amoēnior. Cui sis illa Laberiana. Feras, nō culpes quod mutari nō posse.

Facile quū valemus, recta consilia ægrotis  
damus, Tu si hic sis, aliter sentias.

Ab adolescente non admodum cordato dicta grauissima sententia. Quo significatū est longe præliuius esse alijs bene præcipere, quam ipsum benefacere. Siquidē qui præcipiūt, facile quod rectum sit perspiciūt, quippe qui vacent affectibus, quibus illi præpediuntur.

Monstrum alere.

Est mali quippiam, ac foedū occultū habere. Ut emur hoc adagio, quies subesse fraudis aliquid, aut mali occultū suspicabimur. Ut ados-

Iescens ille, idcirco se repudiatū repeti ad affinitatē diuinabat, repudiāns repetor. Quamobrem: nisi id est quod suspicor, aliquid monstri alunt. ea quoniā nemini obtrudi potest itur ad me.

Bona verba quæso.

Abominantis est sermo, nō irridentis, ubi quis verba male om̄nata pronunciaſſe videt. Teren. Bona verba quæſo. id quod & Doſtus annotauit. Cicero de Socrate. Bona verba quæſo. Perinde ac si diceret, De Socrate absit, ut vera sint quæ dixisti. Et apud Platonē lib. de repub. pri. Sophocles iam ſenex interrogatus, num fœminis etiā dum uteretur. Bonaverba quæſo o amice libentilime, hæc tanq; furiosum, agrestemq; dominū effugi.

In portu impingere.

Et apud Fabium est, & apud Hierony. pro eo qd est statim in ipſo operis ingressu, ac limine peccare, a nauigatione transſumptum.

Claudi more pilam tenere.

Est nihil ipsum ex ſe inuenire, aut eripere, ſed quantū a præceptoribus traditū, id ſiue doctū ſit, ſiue indoctū, tenere, ac ſequi. Cicero cōtra Pisonē. Græcus primū diſtinguere illa atq; diuidere, quēadmodū dicerent. Iste claudus (quō aiūt) pilā retinere, qd acceperat teſtificari.

Mansum in os inſerere, ſiue præmandere.

Est rem quampiam nimis enucleare, nimisq; fruſtulatum trādere in præcipiēdo. Quod facere ſolent hi, qui auditōrē ingenij diffidūt. A nutrīcibus infantū translatū, quæ præmansum cibū in os alumni inſerunt. Cicero in oratore. Mansum (ut aiunt) in os inſerere.

Bis pueri ſenes, græco prouerbio.

Δις παῖδες δι γέροντες.

Hunc titulū. M. Varro cuidam Satyræ indidit. Qui tamē ſi per ſe prouerbij faciē habet, tamē ut magis id credam, facit q; idem Varro alias non paucas Satyras prouerbialiter inſcripsit. Velut onos lyras, & nothi ſeauton, & item alias nonnullas. Conuenit autē in ſenes puerilibus moribus, tanq; iterum in puerū reuolutos. Seneca. Non inquit bis pueri ſumus, ut vulgo dicitur, ſed ſemper. Verum hoc in cereſt, q; maiora nos ludimus.

Dignū propter quod vadimoniū deſeratur.

Ita olim loquebantur, rem maximi momenti, quæq; circa graue diſpendiū negligi nō posſet, ſignificare volentes. Vadimoniū enim niſi grauissimis de cauſis relinqui non conſueuit. Plinius ſecundus in præfatione naturalis histo. Inſcriptiones inquit, propter quas vadimonium deſeri poſſit.

Nostro Marte.

Quoties nullius auxilijs adiuti, nostro ingenio, nostrisq; vñribus  
rem peragimus, nostro Marte peragere dicimur. Cice. officio. lib. iij.  
Hanc igitur partem relictam explebimus nullis adminiculis, sed (ut  
dicitur) Marte nostro. Ab imperatoria consuetudine sumptū, qui re  
gum ac socioꝝ auxiliaribus copijs adiuti belligerantur.

Ne quicq; sapit, qui sibi nihil sapit.

Ferunt nonnullis in ore fuisse, id quod nuncomnibus in pectore  
certe est, frustra sapere, qui sibi non sapiat. Estq; (ut in epliſis ostēdit Ci-  
cero) ex Ennij Medea sumptum. Is ad Trebatium his verbis scripsit. Et  
(quando cœpi agere Medeam) illud semp memento. Qui sibi ipſe  
sapiens prodeſſe nequit, nequicq; sapit. Ea ſententia grēco ſenario ſic  
effertur. μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὐτῷ σοφός.

Oleum flammis adiçere.

Est incenſum, atq; ardentē inſtigare, aut malū malo addere. Horā  
tius in ſermo. Adde poemata nunc, hoc eſt, oleum adde camino. Hie  
ronymus ad Eusto. Vinum & adolescentia duplex eſt incendiū vo-  
luptatis. Quid oleum flammæ adiçimus?

Munus leuidenſe. *Item etiam*

Cice. in epliſis fa. orationē qua Deiotarū regē defenderat, pueriali  
metaphora munus leuidenſe vocat, ppter ea q; ad eius togulæ ſimi-  
litudinē ſtilo crassiore, atq; inepte cōpositam videri eam vellet. Seq;  
bōſpiti ob antiquitatē hospitij, vel leue munus referre voluiffe. cui  
iuſmodi ille munera Ciceroni miſſitare confueuerat.

Mordere frenum.

Eſt ſeruitutem indigne moleſteq; ferre. Decius Brutus ad Cicero.  
lib. iij. Si frenum momorderis, peream, ſi te omnes quoiquot ſunt, co-  
nantem loqui ferre poterunt, id eſt ſi vel leuiter ſignificaueris te ſerui-  
tutem nō ferre. Ab equo ferociente translatum. Simile eſt iactare iu-  
gum. Iuuenal is. Nec iactare iugum vita didicere magistra.

Suum cuiq; pulchrum.

Ex hominū ingenij ſumptū adagiū. Sibi em̄ quicq; placet, & ſua  
cuiq; pulchra videntur, etiam ſi foeda ſunt. Potiſſimū autē a procis  
ductum videtur, quorū quicq; certatim ſponsam extollere conatur  
quemadmodū de Tarquinij ſlegimus. Vnde Cicero ad Atticum.  
Suā cuiq; ſponsam, mihi meā, ſuū cuiq; amore, mihi meū. Idē in Tu-  
ſcu. queſt. lib. v. Suū cuiq; pulchrū eſt. Eandē ſententia Plautus in ſi-  
cho venustiſſime extulit. Suus rex reginæ placet. i. ſuus cuiq; uxori  
maritus. Neq; diſſimilis his, nō mirū ſi Caſcus Caſcam ducit.

Cepiſſe dimidium facti.

*ερχη ἡμιστὸς παντὸς, Heliodia eſt ſententia, quæ iam olim in pro-*

uerbiis est. Eam Hora. sic extulit. Dimidiū facti qui cœpit. habet.  
Atticus martyr.

αττικός μάρτυρ. Id est Atticus testis, simpliciter de ueraci, ironi-  
cos de mendaci dicitur.

Currus bouem trahit. ἡ μαχατὸν Βοῦν ἔλκει.

Quādo p̄postere quippiā fieri significamus, ueluti si seruus hero  
præcipiat, aut discipulus præceptorē doceat, aut lepus canem agitet.

Hæc retia nihil traxerunt.

Αὐτὶ ἐμπρίνθος ὄυδεν ἔσπαξεν. id est retia nihil traxerunt. A písca-  
toribus translatum in eos, qui frustra quippiam captarunt

Homo Euripus.

Ἄνθρωπος ἐυριπος. id est homo Euripus, in mutabiles inconstans  
resq; dicit ab Euripi maris natura sumptū. quod incredibili impetu  
in singulos dies septies æstu mutato defluit. totiesq; refluit.

Rana Seriphia.

Plinius naturalis hist. lib. viij. cap. lvij. scripsit in Seripho cicadas  
etiam mutas esse. Hic Hermolaus pro cicada ranam reposuit, addens  
Stephano auctore græcis in proverbio fuisse. Βάτραχος σεριφιος.  
id est rana Seriphia, in homines immodice taciturnos.

Bos in lingua, argentanginam patitur.

Βοῦς ἐπὶ γλώσσης. id est bos in lingua, in eos dici solitum qui pecunia corrupti libere loqui non ualent. Simile est illud quod in Demosthenem dixit populus, argentanginam patitur. Quod autem in priore proverbio bos pro pecunia accipitur, inde est, q; apud Athenienses numismata bouis figuram habebant.

Bos Cyprius.

Βοῦς κύπριος. id est bos Cyprius, in sordidos uitiosq; immun-  
do homines dicitur. Nam auctore Pompeio in Cypro boues hu-  
mano stercore pascuntur.

Ranis propinas

Βάτραχοis οἰνοχοεῖσ. i. ranis ppinas. i. ministras iis, qui ipsi abundant. Quo puerbio Hermol. in quadā ad Picū ep̄la hunc in modū est usus. Picus iste paruo pedi magnos calceos circūdedit. Quid enim tot rhetorici, aut qd oīno ranis ppinat, imo Seriphii addidi. Qua una in oratiōe tria attigit adagia. Primū de calceis pede maioribus. Alterū de propinante ranis. Tertiū de Seriphii ranis, q; q; hic quidē & alia significatio subesse poterat, ut ideo Picū ranis dixerit propinas, q; rhetorici argumētis eos defendet, q; rhetorica nō delectatur. nēpe ranæ, q; bus uinū non sapiat. tū & Seriphiae ranæ, hoīes infantissimi, q; s ab eloquētissimo patrono defendi non cōueniebat.

# ERASMI

Acanthia cicada.

In Aeolia urbs nomine Acanthon, circa quam cicadas mutas esse Stephanus est auctor. Inde proverbum Ἀκάνθιος τέττιξ id est acanthia cicada, in homines nimiū taciturnos.

Ranæ aquā, Cato pingue. Βατράχῳ ύδωρ. γαλῆ τὸ σέαρ.

Quoties id ministratur, quo qui accipit delectat maxime, ranæ aquam, Cato seu seli seuū datum dicimus.

Malis percutere. Βάλλειν μίλοισ.

Idem est, quod muneribus corrumpere. A fabula Atalante, & Hippomanis sumptum, qui projectis malis aureis uirginem alioz qui insuperabilem superauit.

Noctua uolauit. γλαῦξ ἵπταται.

Vbi negociū fœlicius succedit, noctuam uolasse dicimus. Nam noctua uolans apud Athenienses uictoriæ erat augurium.

Annosam arborem transplantas.

γεράνδρουν μεταφυτεύειν. id est ueterem arborem transplantare, dicitur is, qui iam senem ad nouum uitæ institutum uocat. Quod vulgo & hodie dicunt uetulum canem uix loris assuescere. Qua in re nos olim multū olei, & impensæ perdidimus.

Terræ onus.

γῆς βάρος. i. terræ onus. De hoībus nulli bonæ rei utilibus.

In syluam ligna ferre.

Est eos uelle augere, eo quo maxime abundant, Horatius in sermonibus, Atq; ego cum græcos facerem natus mare citra Versicułos, uetuit me tali uoce Quirinus. Post medium noctem uifus, quū somnia uera. In syluam non ligna feras.

Tertius Cato, sapientum octauus.

Ironice in homines tetricos dicitur, quicq; sibi uehementer uidetur sapere, Iuuinalis. tertius e cœlo cecidit Cato. Nam duos Cato, nes cœlo demissos creditum est, ut bellum cum uitiis gererent, Horati. Hæc me Stertinius sapientum octauus. Septem enim apud græcos numerantur sapientes.

Secunda meliora. Δευτέρων ἀμετ,  
νόνων, id est secundis melioribus.

A sacra facientibus translatum, qui sacrificium iterare consueuerunt, si quando prima hostia non litassent. Testis Cicero libro de diuinatione secundo. Idem monemur hoc græco proverbio, quod euangelica parabola de amico, qui noctu amici pulsauit ostium, ac tres panes improbe petens accepit.

Eadem pensaberis trutina.

Conspicimus in illo  
Tunc q[uo]d uero  
h[ab]et lippum gena  
et uirilis

Ea lege tecū agetur, qua tu cum aliis egeris, Hora. in sermonibus. Hac lege in trutina poneſt eadem. Idem in epistolis. Romani pensantur eadem scriptores trutina. Similis huic euāgelica metaphora. Eadem mensura qua emetiemini, remetiet uobis. Vtraq; translatio, ac cōmodatissima, Quin & Persius Horatiū, ut solet exprimens, ex aſſumpti inquit improbum in iſta castiges trutina.

*Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.*

Prouerbialis est uersus apud Horatiū in epistolis in eos, qui manifesto falsa pro ueris affirmant, & confessā negant. Nam cum hūs iūsimodi hominū genere non est diſſertandum. Conſtat autem inter ſanos, & extra in nuce duri eſſe aliquid, & intra oleam.

*Ire per extentum funem.*

Est rem perdifficilem factu facere. Parū liquet, unde translatum, etiam ſi Acroni a funambulis ſumptum uidetur, qui per funem per prætenſum inambulant, Hora. Ille per extentum funem mihi poſſe uidetur. Ire poeta, meum qui pectus inaniter angit.

*Propria uineta cædere.*

Dicit̄ is, qui ſemetīpm ſuosq; carpit, ac lacerat, Hor. Multa quidē nobis facimus mala mīta poetæ. Ut uineta egomet cædam mea.

*Zonam perdidit.*

Castrense prouerbiū in eos, qui nihil habent, a græca fabula traſtum Acron admonet. Porphirion a militū consuetudine, qui quicquid habent in zona ſecū portant. Eſt aut̄ apud Horati. in epistolis. Ibit eo quo uis, qui zonam perdidit inquit.

*Taurum tollet, qui uitulū ſuſtulerit.*

Politia. in Miscellaneis. Hinc etiam puto natū prouerbiū illud, ut dicāt poſſe taurū tollere, qui uitulū ſuſtulerit. Refertq; ibidem. Quarū tillæ uerba ex Petronio. lunonē meam iratā habeam, ſi me unq; me minerim uirginem fuiffe. Nam infans cū paribus inquinata ſum, & ſubinde prodeūtibus annis maioribus me pueris applicui, donec ad hanc ætatem perueni. Ex quo ſenſus prouerbiū liquet, uidelicet maiora peccaturū maiorem, qui puer minoribus uitiiis affueuerit.

*Narthecophori multi, Bacchi uero pauci.*

*τωλλοι τοι ναρθηκόφοροι τῶντοι δὲ τε βάκχοι.*

Apud Platonem legit̄ in Phedone, a bacchanaliū ceremoniis trāſlatū in quibus omnes quidē thyrſos. i. haſtas uiteas Bacchi inſigne geſtabant, bacchi tamē non oēs erant. Cōuenit in eos, qui inſigne uirtutis ac eruditōis habent, neq; uirtutē, neq; doctrinā habentes. Perinde ac ſi dicas, nō omnis theologico pallio inſignitus theologus, neq; omnes pileati literas ſciūt, neq; omnes cucullati monachi ſunt.

# ERASMI

Iusticia iustior. Libra æquior.

Δικαιότερος σεχάνεις δίκαιος δικαιότερος. Vtrumq; de his dicitur,  
quos admodum iustos & æquos significamus.

De pilo pendet.

Ἐκ τριχὸς κρεμᾶται. i.e. ex capillo pendet. De rebus uehemēter dus  
biis & periculis. Quod uerbū uel hodie vulgo nřati in ore est.

Elupi faucibus eripui.

Ἐκ λύκου σόκατος αφειλω. De his qui præter spem rem prope  
modum amissam recipiunt. Veluti si nos pecuniam a præfecto lit  
oris Donariensis recepissimus.

Non capit murem Elephantus.

Ἐλέφας μῦν ὄυχαλίσκει. id est Elephantus murem non capit, id  
est hi, qui magno sunt animo res minutus negligunt.

Elephantum ex musca facis.

Ἐλέφαντα ἐκ μυιας τωιεῖς. id est elephantos ex muscis facis. Cons  
uenit in eum, qui parua, sermone amplificat. Simile est illud paruo  
pedi calceos magnos circundare.

De lapide emptus.

In hoīem obscurum, uilissimūq; dicitur. Nam emptū serui īfis  
mæ notæ erant, Cicero. Præter duos de lapide emptos, a præconis  
lapide sumptum. Simillimū est græco illi, cum sale emptus. Nam ut fons  
In eadem es naui.

Hoc est in cōi piculo. Trāflatū ab his qui ēodē nauigio uehūtūr.  
ad quos om̄e periculū cōmuniter pertinet. Est apud Cice. in ep̄lis.

Lari sacrificant, proteruiam fecit.

De his quoq; dici pōt, qui edaciores sunt cōuiuæ, quiq; e cōuiuio  
apposito nihil reliqui faciūt. Ex hīmōi em̄ sacri ḡne nefas erat quicq; pōnt  
efferrī. Simillimū huic est Catonis illud in quendā qui patrimoniū  
uniuersum absumpserat, excepta domo una, quæ incendio conflas  
grauit. Hunc hominem Cato proteruiā fecisse dicebat, quod genus  
sacrificij est eiusmodi, ut reliquias igni absumi sit necesse.

Delphinūt cauda alligas.

Δελφῖνα τρόπος τὸ ὄυραῖον δεῖς.

Græcum adagium in eos, qui teneri non queunt. Quod hodieq;  
vulgo dicitur. Anguillam cauda tenes.

Inuento urso uestigia insequeris.

Ἄρχτου ταρόντιος τὰ ἵχνη γιτεῖσ.

A timidis uenatoribus translatū in eos, qui præsente eo quem des  
beant ulcisci, alias nugas agunt Simile est illud Platonis in legibus.  
De cane in lapidem iactum sœuiente, eo qui iecit omisso.

Cocta numerabimus exta.

Hoc Diomedes grāmaticus pro prouerbij exemplo posuit. Eiusq; hunc esse sensum scripsit, ex euentu sciemus.

Nescis quid uesper serus uehat.

Ex menippeis Satyris, M. Varronis liber est teste Gellio lepidissimus cui titulus est. Nescis quid serus uesper uehat, quē prouerbialē esse, sicuti sunt plāericq; alij puto nemini dubiū uideri. Quo grauiter monemur, ne præsenti p̄speritate elati futuri curam abiiciamus.

Ad uiuum, Summo iure.

Id est ad cutem usq;, ita loquimur nimis exactam rōnem signifcates, uidelicet quū rem nimis acriter urgemos, Thrasymachus apd' Platonē, Socratē Sicophantā appellat. i. calūniatorē, q; orationē suā ad nimis arctā rationē exigat, deprauans potius recte dicta, q; incautius dicta in meliore sensum trahens. Additq;. Quare sequūdum exactam rationem, quando & tu ad uiuū refecas, nullus artifex peccat. Nec huic dissimile illud apud Ciceronē pro Cecinna. Nam cæteri inquit, tum ad istam orationē decurrunt, quū se in causa putant habere æquū, & bonum quod defendant, si contra, uerbis & literis, & (ut dici solet) summo iure cōtendit, solent eiusmodi iniquitati & boni, & æqui nomen dignitatemq; opponere. Est igitur summo ius re contendere, leges ad uiuū & nimis seueram rationem exigere, unde & illud. Sūmum ius, summa malicia.

Boni ad bonorum conuiuia, uel inuocati accedunt.

αὐτόματοι δὲ ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαιταῖς οὔνται.

Græcū adagium apud Platonē in conuiuio ubi Socrates Aristodemū ad Agathonis conuiuiū una adducens. Sequere me inquit, ut prouerbiū transgrediamur. Illud in hūc modū mutantes qd ad bonorū hoīm cœnas boni hoīes etiam nō inuitati p̄ficiuntur.

Canis a corio nunq; absterrebitur uncto.

In Horatianis est sermonibus, in eos qui lucrī cupiditate turpitudinem libenter admittunt.

Crescentem tumidis infla sermonibus utrem.

In eadem est Satyra de eo, qui per assentationem & falsas laudes stultis animos erigunt.

Cristæ surgunt.

In eos dicitur, qui sibi stulte placent, secq; ipsos mirant. Ab auibus tractū, luuenalis. Quid apertius, & tamen illi surgebant Cristæ.

Subsidunt pennæ.

De his dicit, qui animos demittunt, sibiq; placere desinunt. A passuonū consuetudine ductū, luuena. Ut tamen oēs subsidant pennæ.

# ERASMI

Gygis anulus. γύγης ἀνοιξ.

A Gyge illo quem Glauco apud Plato. n. de rep. lib. fingit ductum prouerbiū, in eos qui miris machinis & occultis dolis rem cōficiunt.

A duce muliere ducitur mulier. οὐδεὶς διαπραγματεῖται.

γυνὴ σφατιγῆ καὶ γυνὴ σφατεύεται. οὐδεὶς διαπραγματεῖται.

Græcum adagium in meticulosos.

Tam nudus, q̄ ex matre.

γυμνὸς ὡσὲ ἐκ μητρὸς. nudus ut ex matre. de uehementer egente dicitur.

Anus vulpes non capit. γράψ.

ἄλωπιξ οὐχ ἀλίσκεται.

In longo rerum usu callidos græci dicebant, aut in eos qui muneribus corrumpi non possunt.

Iouis cerebrum. Λιός ἔγκεφαλος. Θεός αὐτῷ αἱ Ρόπη

In eos dicebatur, qui genialiter uiuerent propterea q̄ apud Persepoli-  
cas lautæ sumptuosæq; epulæ Iouis cerebrū uocarentur.

Rusticanum oratorem, ne cōtemnas.

αγρίκου μὴ καταφέροντες εἰτορος.

Id est hoīem q̄uis inferiore fortuna ne despicias. Græcū & hoc.

In tenebris saltas. εν σκότῳ ὥρχεισθαι.

Id est sine teste laboras.

Sibi canere.

Est ad suam uoluptatem non aliorū iudicium quipiam facere,  
Hieronymus. Dignus qui sibi tantum canat & musis. Et in Platonis  
conuiuio tibicina sibi iubetur canere.

Aestate uestē deteris. εν θέρᾳ τὴν χλαῖναν κατατρίβεις.

In stulte profusos dictum, qui sine causa prodigunt, atq; ibi ubi

sumptu est opus egent.

In triuio sum. εν τρίοδῳ εἰμι. Τριουιονταντας τριαντας

In perplexos cōuenit, & dubitantes qd potissimum sit agendū.

Mercurius non doctus. ερμῆς ἀμύθιτος.

Contumeliosum adagiū in eos, qui experientia rerū non erudit  
tione sapiunt. Simile Horatianū illud de Offello. Rusticus anormis  
sapientis, crassacq; minerua Doctus.

Dormientis rete cœpit. ενθόντι κύρτος ἀρεῖ.

A piscatoribus translatū, quibus & dormientibus retia pisces capiunt. Competit in eum, cui res stulte instituta, bene tamen uertit, cui uestra operam boni quipiam obuenit.

Cothurno instabilius. ευκεταβο λότερος κοθύρου.

In hoīem lubrica ancipiticq; fide dicitur. Nam Cothurnus calcia-

menti genus est utrilibet pedi conuenientis.

In uino ueritas.

Ἐν ὄνῳ ἀλκητεια. uinum enim cuiusq; ingenium arguit. Alcibias  
des in Symposio Platonis. Quæ uero sequuntur, non prius audies-  
tis, q; prouerbium illud recensuerim. Vīnum & cum pueritia, & sis-  
ne pueritia esse ueridicum.

Ab asino lanam. ἀπὸ ὄνος τῶσασ.

Simile est Plautino illi. Epumice aquam postulas. Neq; enim est  
ab asino lana expectanda.

Spartano liberior. ἐλευθεριώτερος σπάρτιος.

Spartani eī generoso minimeq; seruili ingenio fuisse perhibent.

Ventus neq; nauigare sinit, neq; manere.

Ἐνθε ὄντε ταλαιν ἀνέμος ὄντε μίμνειν ἔστι.

Eundē habet sensum cū Terentiano illo. Auribus lupū teneo.

Iuppiter absq; filiis. Ζεὺς ἄγονος.

De inopinabilia incredibiliaq; dicentibus. Simile est Horatiano  
illi. Nihil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.

Olle amicitia. οὐχ τρα τῇ φιλίᾳ.

De his dici solitū, qui uentrī causa fiūt amici, quos mensæ amis-  
cos sapiens quidam appellat.

Doliaris uita. ζωὴ τιθου.

Est uita frugalis minimeq; ambitiosa. A Dyogenis dolio sum-  
ptum adagium.

De gustu iudicare. ἐξ γεύματος γνῶσκειν.

Ex leuicula re maiorem conjecturam facere.

Vel ter sex, uel tres taxilli.

ἢ τρὶς ἔξ ἢ τρεῖς κύβοι. i. uel ter sex, uel tres taxilli. Ab iis dici solitū,  
qui extrema uolūt experiri, ut aut oīa uincant, aut amittant om̄ia. In  
ter sex talis summa uictoria consistebat, in tribus nulla.

Sylosontis chlamis. συλλοσώντος χλαμύσ.

De ueste ambitiosa dicebatur. Syloson enim Dario priuato ad-  
huc uestem quandam precio inæstimabili donarat. Cuius muneris  
memor creatus rex illum ab exilio restituit.

Equus me portat, rex alit.

ἵππος μὲ φέρει βασιλεὺς μὲ τρέφει. i. equus me portat rex me  
alit. Græcū adagiū, qui alieno sumptu molliter & magnifice uiuūt.  
Quod a milite quodā Philippi regis natū ferunt, qui a matre moni-  
tus, ut missionē peteret, hunc in modū respōderit. Idē, Hora. Aristip-  
po tribuit in epistolis. Rectius hoc & splendidius multo est, equus ut  
me portet, alat rex. Quo in loco Acron puerbi eius admonet.

# ERASMI

Corcorus in lachanis, Graculus.

inter musas. Anser inter holores.

*modestus* κόρκοπος ἐν λαχάνοις. i. corcorus inter olera. In eos dici solitū, qui  
quā infime sint conditionis, maximis tamē æquari uolunt. Est enim  
corcorus apud Pliniū oleris genus uilissimum. Nec huic dissimile  
Graculus inter musas. Et Vergilianū illud Anser inter holores.

Aderit Temessæus Genius.

ταρέσαι τεμεστεῖος δαίμων.

Refert Pausanias in Eliacis Temessæ comitē coueniendū Vlissis  
ob uirginē constupratā occisum, atq; ob id laruas eius nisi placarent  
quotānis oblata uirgine grassari solitas, ac perniciē adferre om̄i ætati,  
ac sexui. Isq; Genius eius loci creditus est. Hunc Euthymus p̄ctes, id  
est pugil Temessam reuersus cōpescuit, uirgine quā deuorauerant,  
liberata, atq; in matrimoniuū accepta. De eodem ita meminit Elias  
nus, Euthymus inquit Locrus ex Italia p̄ctes inclytus, & robore in-  
signi fuit lapidem gestabat ingenti magnitudine, qui locris ostendis-  
tur, & Temeseum heroa, quod cuiq; per uim abstulerat, reddere co-  
egit etiam cum fœnore, ut inde natum sit adagiū, his qui sordidos,  
& iniustos quæstus faciunt affore Temeseum Genium, id est depen-  
denda cum fœnore quæ præter ius abstulerint.

In lenticula unguentum.

Apud Aul. Gel. li. xiij. ca. xxvij. depravate legiſ hoc adagiū, puta.  
τὸν ἐντηπταρι μύθον. quod hunc in modū emendat Hermolaus. τὸ  
ἐντηφακῆ μύρον. id est in lenticula unguentū. Est aut̄ lenticula legumi-  
nis genus lenti persimile, sed diuersum. Dici cōuenit in eos, qui rem  
per se rectā non apte, necq; in loco agūt. Sic eñ Fronto apud Gell. uis-  
dete tñ inquit, ne existimetis sp̄ atq; in om̄i loco mortales m̄itos pro  
multis hoībus esse dicendū. Ne plane fiat græcū illud de Varronis  
Satyra puerbium τὸ ἐν τηφακῆ μύρον. Nisi forte lenticulā pro uas-  
sculo malimus accipere, utruncq; enim ea uox significat.

Inexplebile doliū, pertusum doliū. ἔπλυνος τιθοσ.

Vtruncq; a Belidū puellarē supplicio tractū. Prius in audios & ra-  
paces dicit. Posterius in obliuiosos, qbus quicqd eruditionis infun-  
dit protinus effluit. Ab eadē fabula ductū & illud, qd hodieq; vul-  
go perseuerat. Cribro aquas haurire. Plato de rep. lib. ij. Iniustos cōs-  
no quodā apud inferos obruūt, & aquam cribro ferre cogūt.

Odi memorem cōpotorem.

*Almonstr* Hanc sniam quoniā Epigrāmaticus poeta græcis uerbis carmini  
*in seruit, nō dubitandū arbitror, quin fuerit puerbialis. Inseruit eodē*  
*modo Pythagoricū illud Candide κοινὰ φιλῶν. sunt hæc tua can-*

dide τάντα. Et Iuuenalīs. Apollinīs oraculū intertexuit. Ecclō des-  
cendit γνῶθι σεαυτὸν, Martialis Epigramma notissimū est in pros-  
cillū, qui inter pocula iussus postridie cœnatū uenire, uenit serio, per  
inde ac si inter uina dicta pondus habere debeant. Id Epigramma  
hoc uersu clauditur. μῖσω μνήμονα συμπότων. Procille, id est odi  
memorem compotorem procille.

Aenigma Sphingis, Oedipo proposuit.

Quis est, qui primū quatuor pedibus, mox duobus, demū tribus  
ingredit? Hō. Is em puer manibus quāq; nitit, ut se erigat, deinde duo-  
bus pedibus se sustinet, donec decrepita ætas tertīū pedem addat, id

Contra retiariū ferula. (est bacillū.)

Don. Calderinus prouerbiū fuisse admonet, in eos qui infirmo  
præsidio, contra maxime instructū pugnarent. Quod si uerū est, si-  
mile huic fuerit illud. Leonem festuca conaris occidere, qđq; idem  
paulopost alio delabitur, gladiatores olim si minus placuissent, Fe-  
rula cæsos eiici solitos, Martialis in epistola hæc sunt. Deniq; uideas,  
an te delectet contra retiariū ferula, id est an id faciendum tibi putas,  
quod nemo non damnet, exhibeat.

Patres nostri comedērūt vuam acerbam.

Est in propheticis literis hebraicū adagiū huiusmodi. Patres nos-  
tri comedērūt vuam acerbam, & dentes nostri obstupuerūt. Quo-  
licebit uti quoties significare uolemus, aliū in noxa esse, & aliū pœ-  
nas pendere. Expetitur enim nōnumq; suppliciū non ab his, qui nos  
leserūt, sed iis qui referire nequeant. Eandē habet sententiam, qđ vul-  
go iactat, sūculam plærūq; luere, si qđ scropha mater peccauit.

In expuentem recidit, quod in cœlū expuitur.

Ἴις τὸν ὄυραγὸν τοξεύειν.

Græcis huiusmodi sūiam pueriale fuisse Fraci. Philel. est auctor  
In expuentis os recidere quicquid in cœlū expuit. Quo uerbo mo-  
nemur, & festiuiter, & grauiter, ne uel superis, uel potentibus maledi-  
camus. Huiusmodi em uoces per iugulū fere redire solent. Nec tu-  
sum esteos cōtumelia prouocare, qui possunt nutu perdere.

Scindere glaciem.

Apud eundem est pro eo, qđ est in nondū tentata uiam aperire.  
A nauiculariis translatum, quorū unus aliquis cæteris audacior per  
glacie concretū amnem nauim primus agere cōsueuit.

Manum de tabula.

Illud aut̄ quod est in Ciceronis epistolis heus tu manū de tabula,  
magister adeſt citius qđ putaramus, prouerbiale fuisse dubitandum  
non est, uerū quem habeat sensum, aut unde sit sumptū, parū liquet.

Bonū orū condit ab ab: mforo F v qd m mamb  
m hanc ab ammū tabula sollo.

Tametsi e scholis mihi quidem natū uideā a pueris, qui declamatio-  
nem reddituri p̄ceptoris, interuentū metuūt, ne tum scribētes adhuc  
opprimant, quū iam debeat ad recitandū esse parati.

Nihili cotio est.

De his, qui in posterū pollicent, nihil aut donant in p̄senti, Plaut.

Vetus est, nihili cotio est. Quid autē sit cotio, Gellius exponit. Nam  
ueteres per uulgatē Cotionē dixere Arulatorē. Quod autē alij legunt  
coactionem, id nec carminis ratio patit, nisi uocalem elidas.

Transuersum unguem, Latum digitū.

Legit in epistolis Cic. etiam hoc. Vrge igit transuersum unguem  
quod aiunt a salo, qd quidem parum a nobis legentibus intelligi  
non est mirum, quando ipse qui scripsit intelligi, nisi ab uno noluit.  
Illud nemo nescit, q; minimū spaciū digito prouerbialiter signi-  
ficari solere, ut apud Cicero. in Verrem. Digitū non discedebant. Et  
in Aulula. Plautinus Euclio. Si tu Hercle ex istoc loco digitū trans-  
uersum, aut unguem latum excesseris, qui sermo a Fabris translatus  
uidetur, quos opera sua digitis latis metiri notissimū est, ut iugerum  
mensores agros pedibus metiuntur.

Scyllam defugiens in charibdim incidi.

Notissimū adagiū, quo notatur eorū imprudentia. qui in utram-  
uis partem nimis sunt uehementes, sic aliud malum fugientes, ut in  
aliud grauius incident, ut si quis metuens, ne prodigus habeatur, in  
fordidi hominis notam ueniat, Horati. Nam frustra uitiū uitaueris  
illud, si te alio prauū detorseris. Quadrat item in eos, qui dum hoc  
infortuniū uitare student, in illud deuoluūt. Translatū est prouer-  
bium a nauigantibus, qui dum iucautius scopulū defugiūt, in Chas-  
rybdim abripiuntur. Est enim utrūq; marinū periculum, uerū alte-  
rum ab altero diuersum. Quippe Scylla quoniam extat, nauim elis-  
dit, Charybdis immensa altitudine absorbet.

Iungere vulpes, Mulgere hircos.

Qd' est apud Verg. in Tyrside. Atq; idē iūgat vulpes, & mulgeat  
hircos. Pastoribus in puerbio olim fuisse, uideri potest. Nā rus sapit  
haud urbē. Dici conuenit in eos, q; insanū quippiā, ac uehemēter ab-  
surdū moliunt. Præcesserat em. Qui Bauiū non odit, amet tua car-  
mina Mœui. Quū utrūq; insanū sit, uel Bauiū mirari, uel Mœuio de-  
lectari. Tantundē idem habet insanę, uel vulpes taurorū in morem  
aratro subiungere, uel ex hirco lac uelle opprimere.

Caligare in sole.

Apud Fabium legitur. Quadrat rectissime in eos, qui ingenij uis-  
tio in rebus clarissimis perinde, ut in difficillimis cæcutiunt, ut n̄ qui

bus Ciceronis oratio tenebricosa uideri solet, qui ex auctoribus, ut quisq; scripsit optime, ita intelligūt minime, & in libris tenebras esse causantur, quū ipsi in oculis tenebras secum ferant, ut nihil illis non obscurūt esse possit. A cæcis ductū est, aut certe a noctuis, aut deniq; a lusciosis, quorum oculis lumen ipsum solis pro tenebris est. Etenim quibus id uitij est plus noctu, q; luce uident.

Balbus halbum rectius intelligit.

Hierony. in epistola ad Domnionē huiusmodi dicitur, monachi cuiusdā stulticiā tangit, haud scio festiuus, ne an acrius. Et idcirco inquit se eruditū putat, quia Iouinianū solus intelligit. Est quippe propter uerbiū. Balbū melius balbi uerba cognoscere. Iouiniani uero stilū portentosum, atq; obscurūt, idem Hierony. miris salibus deridet, in præfatione libroꝝ, quibus illius errorem coarguit. Id aut̄ prouerbij ex ipsa natura sumptūt fuisse nemo non uidet, Competit in eos, qui indocte docti præter indoctorū libros nihil intelligunt.

Camelum saltare.

Quoties quippiā uehemēter absurdē, & intūta minerva, contraq; decorū fieri significamus, dicimus Camelū saltare. Veluti siq; natūra sœuerus ac serius, elegans ac festiuus haberi affectet. Est apud diuū Hiero. Risimus inq; in te iuxta uetus puerbiū camelum saltantē,

Vt canis e Nilo.

Hoc adagiū ex eo apophthegmate natūrāt appet, cuius meminīt Macro. in pri. Satur. id est hīmōi post fugā Mutinēsem quærentibus, quid ageret Antonius, quidā familiaris eius respondit. Quod canis in Aegypto, babit & fugit. Nam in illis regiōibus cōstat canes raptu Crocodilorū exterritos bibere & fugere. Eo hunc in modū uti licesbit, utsi quem poeticam cursim & leuiter attigisse significemus eum olim e poetis hausisse dicamus, sed ita ut canes e Nilo.

Herbam dare, uel porrigere.

Pro eo qđ est se uictū et alterū uictorē agnoscere, passim apud auctores occurrit. Translatū est a cōsuetudine militari. Antiquitus enim summū erat uictoriē argumentū, si uictus uictori herba porrexisset, tanq; ipsa etiam terra, atq; altrice humo secedere significans.

Dare manus.

Et hoc militare prouerbium est. Nam qui se uictori dedunt, ne interimant, ultro manus ad uincula offerunt, Horatius in odis. Iam iam efficaci do manus scientiæ.

*Contra opiniōnēs* Hastam abiucere, In harenam.

descendere, Harena cedere.

Apud Ciceronē est in oratione pro Murena, pro eo qđ est causæ

diffidere, & contentionem relinquere. In harenam descendere, pro eo quod est certamē inire. Harena cedere, pro eo quod est certamen relinquere, utruncq; adagium notius, q̄ ut inculcari debeat, utruncq; a gladiatoribus acceptum.

In tua te harena supero.

Hoc est in tua ipsius arte & studio. Veluti si medicus contra theologū de theologia disputans eum uinceret, Politianus. Et eos in ipso rum (quod dici solet) harena superabant.

Amor nullo magis emittur q̄ seipso.

Sentētia est non minus lepida q̄ moralis. Seneca amatorū efficas cissimū oñdens, uis inqt amari, ama. Naso, ut ameris, amabilis esto.

In amore mutuū non reddere turpissimū est.

Vt illa ab emptoribus, ita hæc a creditoribus mutuata sententia. in amore mutuū non reddere turpissimū est. Nam in beneficiis q̄q; s̄æpe fit, ut mutuum reddere etiam qui uelint non possint, tamen in amore nemo est, qui mutuū reddere non queat. Vtraq; prouerbij nomine a doctissimis auctoribus citata sententia est.

Si vultur es, cadauer expecta.

A Seneca positum est dici solitū in testamentorū captatores, qui non aliter q̄ vultures aliorū morte saginant. In eodem est illud Mar tialis, cuius vulturis hoc erit cadauer:

Ultra cornices uiuax.

ὑπὲρ τὰς κορώνας Βεβιωκώστ. Hoc est ultra cornices uixit. Adagiū est in senem uiuacem. Merula auctor. Est enim cornix auis admodū uiuax. itidem ut ceruus. Vnde Satyricus quidam uiuacē senectam ceruinam appellauit, Mar. Cornibus omnibus superstes, Hora. Partem cornicis uetulæ temporibus licent. Est enim, &c.

Non omnibus dormio.

Cicero epistolarū li. vii. Olim non oībus dormio, sic ego mi Galae non oībus seruio. Significat Cicero. Vetus illud fuisse, non oībus dormio, hoc suū & nouū. Non oībus seruio, puerbiū esse. Non oībus dormio, Festus Pompeius docet. Merula translatū putat a maritis, qui uxores quæstus causa mœchis prostituūt, qui somnū ad simulant, ut adultero concedant, Iuuenalis. Doctus spēclarē lacunar. Doctus & ad calicem uigilanti stertere nafo.

Et nos ferulæ manū subduximus.

Apte ab his dicit, qui se q̄q; præceptoribus usos, & līas didicisse significat, Iuuenalis. Et nos ergo manū ferulæ subduximus, Hierony. ad Domnionē. Et nos didicimus līas, & nos s̄æpe manū ferulæ subduximus. Quā sententia prouerbialē fuisse ut credam, tū figura ipsa

commoueor, tum q̄ Hieronymus ea tam subinde utitur.

Nullus comatus, qui non idem Cynœdus.

αὐθεῖστος κομήτιος οἰστου τερπανεται. Hoc est nullus comatus, qui non idem Cynœdus. Celebre græcis fuisse proverbiū Synesius auctor est in eos, qui formæ sunt studiosiores q̄ virum decet, quiq; muliebri cultu delectantur.

Nos nostrum onus, uos clitellas.

Pro adagio refert Fabius insti. lib. v. obscurius quidē aliquanto. Ex uero quopīā Apologo natū uideſ. Is qui Quintilia. emaculat ascripsit eo significari, puerbio neutrā partē absq; onere abiturā.

Ouum ouo simile & cætera, similitudinis adagia.

Perfectam similitudinē his fere modus proverbialiter significa-  
mus. Non tam ouū ouo simile, quod est apud Fabiū. Non tam lac  
lacti simile. Non tam aqua aquæ similis, quæ duo, apud Plautū ali-  
quoties inueniunt. Eiusdem farinæ proverbiū loco usus est Poli. Et  
omnino eiusdē (quod dici solet) farinæ, hoc est eiusdem generis.

Contemptus proverbia.

Contemptū ac uilitatē hoc ferme pacto declarabimus. flocci nō  
facio. Nauci nō facio, utrūq; apud Plautū est. pili nō facio. Cat. Non  
faciūt pili cohortē, Ci. ad fra. Ego eī ne pilo quidē minus te amabo.  
Huius quicq; non facio in adelphis, Plau. Vītā tuā uiciosa nuce nō  
emā. Hæc ut præterēūda non putaui, ita admonuisse satis esse existi-  
mo, Plau. Homo trioboli pro nequissimo, ac nullius p̄cij dixit Pers.  
non tressis agaso. Idem, & centū græcos curto centusse licetur.

Iterum adeundem lapidem offendere.

Græcū est δύς τὸν ἀυτὸν τροσκόνειν λίθον. Apte translatū  
pro eo qđ est. Bis eadē in re peccare. Primū eī error uel græco ada-  
gio imprudētiæ cōdonari solet. Iteratus ueniā non meret, Hor. eans-  
dem sniam aliter extulit, metaphora a cantore sumpta. Et citharœ-  
dus rideſ, chorda qui semper oberrat eadē. Est igitur. sæpius eadem  
oberrare chorda, culpā eandem iterū atq; iterum admittere.

Penelopes telam retexere.

Apud Platonē legere memini, pro eo quod est īnanem operā sus-  
mene. Fertur eī Penelope procos hac cōditione delusisse, ut tū se nu-  
pturā promitteret, ubi telā quam tū texebat absoluisset, itaq; qđ in-  
terdiu texuisset, id noctu solitā retexere. Poteſt itē non absurdē in eū-  
dem sensum accipi, ut is Penelopes telā dicāt retexere qui nouare, ac  
mutare quippiā conaſt ī opere optimo, in quo nihil nouari potest,  
nisi in deterius. Veluti ſi quis rhetorices precepta a ueteribus absolu-  
tissime ſcripta ſuo quodam more ſcribere denuo tentet.

# ERASMI

Vmbram suā metuere. τὸν ἀυτῷ σκιὰν δειμαίνειν.

Dicit is, qui sine causa metuit, & ibi pueriliter piculū timet, ubi nihil est piculi. Apud Plau. prouerbij loco refert. Cic. ad fra. de cōsulaſ tu petendo. Alter uero quo dī boni splendore est. Primū nobilitate eadem qua Catilina. Num maiore: Non. Sed uirtute. Quā obrem qui manū umbram suam metuit, hunc negliges quidem, &c.

Manum non uorterim.

Apud Apuleiū est, in Apologia magiæ pro eo qđ est nihil laboř ro, nihil mea refert. Veluti si quis dicat, indocti laudent, an uituperēt manū non uorterim, Plautus pro eodē susq; dec̄ fero dixit.

Pingui minerua.

Aulus Gellius noct. Attic. li. xiiij. cap. i. Sed coniectari inquit paucā quēdam, ut uerbo ipsius utar, ταχυμερέσερον. id est crassius & pingui Minerua. Idem lib. xij. ca. v. Nostī enim credo uerbū illud uetus & per uulgatū αὐαθέσερον ἐπὶ καὶ σαφέσερον. id est indoctius, rudis usq; quodāmodo loquere, & apertius, ac clarior fare, Horati. in sermonibus. Rusticus anormis sapiens crassaque Minerua. Philosophū significans rusticius philosophantem & crassius, legitur item sāpīcūle apud uenustos auctores pinguiore formula, id est planius, atq; intelligibilius, ut faciunt hi, qui Aristotelicam disciplinam pueris suo modo suisq; uerbis tradunt, utiq; crassioribus.

Emere malo qđ rogare.

Prouerbialē sermonē fuisse Cic. ipe testis est, qui eo in Verrinis est usus, eum Apule. in floridis tanq; exponit his uerbis. Necq; em leui mercede emit, qui precat, aut paruū precium accipit, qui rogat, adeo ut oīa utensilia emere potius uelis, qđ rogare. Porro morē fuisse antis quitus a uiciniis rogare supellecīlē cōmodato, quā ipse domi nō haberes ex Plauti cum Aulularia, tū rudentibus licet cognoscere.

Vino uendibili suspensa hedera nihil opus.

E medio sumptū uidet, & recentius. Hoc em tempestatis uīnariis tabernis huiusmodi signū prætendit. Apud Politianū legit. Quam sententiā Plau. in penulo lepidissimis uerbis extulit. in uendibili merci oportet ultro emptorē adducere Proba merx facile emptorē reperit, tametsi in abstruso sita est. Sensus est uerā uirtutem nō egere alies nī p̄coniis. Ea laudatoris egere, quæ per se parū sunt præclara

Amicitiae personam opertet detrahi.

Apud eundem legitur, quo nihil dici potuit uenustius, persona namq; faciem hoīs repræsentat, at uerā tegit, falsam prætendit, unde facetissime in Cæsarem Seneca, ut personā inquit quā faciem malit. E medio quidem & hoc sumptū uidetur, monetq; inter amicos nī

hil esse oportere fictum, nihil non uerum, ac simplex.

In se descendere, manticam in tergo uidere.

Persius ut nemo in se se tentat descendere nemo. Sed pcedenti spe Mantica  
stat̄ mantica tergo. Vt rūq; puerbialiter dixit Satyricus poeta, & in  
se descendere. i. propria suaq; uitia inspicere, & manticā in pceden-  
tis tergo spectare, pro eo qd est aliena uitia uidere, uerum illud prius  
unde sumptū sit non satis liquet, nisi forte a sodinis, hoc posterius ex  
Aesopi phrygis apoloigo quodā natū fuisse Politian⁹ modo stravit.  
In quo scribit singulos hoies binas habere manticas, alterā ante pes  
et us, alterā a scapulis tergoq; propendente. Sed in priorē inquit, alie-  
na uitia mittimus, in posteriorē nostra. Eā quæ in pectore est assidue  
uidemus, eā quæ in tergo tametsi multo maiore negligimus tamen,  
quia nunq; uidemus, Catullus. Sed nō uidemus Manticæ qd in ter-  
go est, Horat. Respicerem ignoto discet pendentia tergo, Hierony. Sed  
illa est uera inter amicos reprehensio, si nostra opera non uidentes  
aliorum iuxta Persiū manticam consideremus. Eundem habet sensu  
sum euangelicū illud adagium de trabe & festuca, Hieronymus in  
quendam alienis uitiiis obtestantem, sua dissimulante. Qui per tra-  
hem inquit, oculis uici, festucam alterius nitatur cruce.

Aethiopem dealbare.

Græcum adagium Αἰθιοπα λευκάνιν. id est æthiopem dealbare,  
pro eo quod est rem foedam oratione uelle speciosam efficere, quod  
faciunt hi, qui materias infames declamat, aut ea laudant, quæ uis-  
tuperio sint dignissima. Aut hoc ipm, aut certe simillimū est illud &  
græcum. Aethiopem lauas. Αἰθιοπα σμήχεισ.

Quibus inanem operam significamus.

Lauare laterem. τωλιθον τωλύνειν. Arare harenam siue littus A. *Lanare*  
pud idoneos autores inueniuntur, pro eo quod est inanem operam *Adagij* C  
sumere. Ut item illud comicū. Actum aiūt ne agas, & Plautus rem *Adagij* C  
actam agis. Nugas terere, tum apud Comicos persæpe, tum apud *Adagij* C  
alios nonnunq; pro eo, quod est nihil agere. *Nigas*

Os sublinere, dare uerba, addere manum.

Sæpicule apud Plau. p decipedolis, os mihi pbe sublitū est. Dare  
uerba pro decipe notissimū est. Illud inusitatius qd est apud Plautū *Adagij* C  
in Persa. Quid aīs: crux, stimulor, tritor qūo me hodie uersauisti, ut *Citimus* 2  
me in trichas coniecisti, qūo de Persa manus mihi addita est, & apd  
eundē in penulo. Ego faxo. Posthaec dī deæq; ceteri cōtentiores ma-  
ge erūt, atq; audi minus quū scibunt. Veneri ut addiderit lēno ma-  
num. Etiam si hoc loco adierit scribitur non addiderit.

Vt possumus, quando ut uolumus non licet.

*Imperat* *at* *ut*  
*fermōnd* *g*

ζῶμεν γὰρ ὡς οὐ θέλομεν ἀλλῶς σύνδυεθα. i. uiuimus nō uti uolumus, sed uti possumus. Ita Terētiana Mis̄is in And. a Critone rogata ecquā Athenis uitā agerent, uerecūde seni meretriciū quæstū confitens, ut possumus inquiūt, quando ut uolumus non licet.

In astu aliud ex alio malum uenit.

In urbibus bona ingenia ad nequitiam adducuntur, & malum quotidie ex malo propagatur.

Sine capite fabula.

ἄκεφαλος μῦθοσ. id est sine capite fabula, dicitur sermo lascivus & impudicus, cui uenter & nates in honeste partes ad sint, caput uero minime, Plato. Relinquo inquit sine capite fabulam.

Alius sementem fecit, alius messem.

ἄλλοι μὲν σπείρουσι, ἄλλοι δὲ ἀμύσουνται.

Græcum est in eos, qui aliena possident. Qui ue ex alienis laboribus sibi gloriam comparant.

Aethiopem lauas.

ᾳθιοπα σμήχεισ. id est aethiopem lauas. Conuenit in eos, qui in anem operam sumunt.

Puluerem edis.

κόνιν σιτίζεισ. id est puluerem edis, dicitur in edaces plurimicē cibī homines, nihilo tamen inde habitiores.

Vulpisas, sed contra vulpem.

αλωπεξίζεισ τρῶσ ἐτέραν ἀλώτεκα.

Græcū item adagiū, qui dolis appetūt dolosos. Qd' hodieq; vulgo dī. Simia vulpi conat imponere, quū utrūq; aīal sit callidissimū.

Ventos colis.

ανέμους γεῶργειν. i. uentos colere. Est inutile operam capere.

Carbonum thesaurus.

ἄνθρακες ὁ θυσαυρὸς. i. carbonis thesaurus. Dī in eos, qui magnū qddā sperātes frustrati sunt, Lucia. Carbonū mihi thesaurū oñdisti.

Ex tardo asello equus prognatus.

ἀπὸ Βραδυσκέλων ὄνων ἵππος ὠρουσεν.

In eū cōpetit, q ex obscuro gñe natus, clar⁹ euāsit, græcū ē adagiū.

Inemptum mancipium, uel cum sale emptum.

Sí quando uilissimum nulliusq; rei uirum significare uolumus. Inemptum mancipium. Græce. ἀνάντων ἀνθραποδίον. Menander. Trax es generofus cum sale emptus.

Calabri hospitis munera.

In eos dicit, qui amicis donant, quæ ipsi contemnūt. Calabri em̄ quoniā pīris abundant, hospitibus pīra affatim apponūt, saturosq;

domū auferre iubent, quod si illi recusent accipere, porcis obiciuntur comedenda, Horati in epistolis. Non quo more pīris uesci calaber iubet hospes. Tu me fecisti locupletem uescere fodes. Iam satis est, at tu quantum uis tolle benigne. Non inuisa teres pueris munus scula paruis. Tam teneor dono, q̄ si dimittor onustus. Ut lubet, hęc hodie porcis comedenda relinques.

Semper ad pocula Leontini.

καὶ λεόντιοι τέρπι τοὺς κρατῆρας.

Leontini assiduis compotationibus gaudebant. Quos ubi Phalaris bello uicisset pocula eiecit. Inde natum adagium. Semper circa crateras Leontini, græcum est.

Inaniter aquam consumes.

Primitus in patronos garrulos & ineptos dictum, quos ad cles p̄sydras dicere solitos constat. Ab his in multiloquos uaniloquosq; translatum est. Græci sic efferunt ἄλλως ἀναλίσκεις ὑδῶρ.

Vtrem uerberas.

De stulte laborantibus. Græci his quidem uerbis dicebant. αστοκὸν δέρεις αστῷ φαυρίζεισ.

Tandem muspicem gustauit. ἄρτι μῦς τίσσης γεύμεται.

In eos dicebat, qui experiēdi cupiditate in magnū aliquid malū incidunt. Mus em̄ si quādo in picē incidit, emergere nō potest.

In mari aquam quæris.

Ibi q̄ris p̄inde, ac si difficilis sit inuētu, ubi nihil aliud licet inuenire. Quid eiñ in mari aliud est quā aqua. In eos cōuenit, qui in his auctōribus unū aut alterū uitiū inquirunt, in q̄bus uitiosa sunt om̄ia.

Ignorat quid intersit inter æs & lupinum.

Id est nō habet discrimē inter opt̄ia & uilissima. Nam pecunia nihil p̄ciosius, lupino nihil uilius. Ne tñ ignorat qd distēt æra lupinis.

Cantilenam eandem canis.

Hoc est iam millies digna repetis, Terē. in Phor. Cantilenā eandē canis. A p̄uetustis ac saepenumero auditis contionibus translatū est.

Aliquid suo assuet capiti.

Vbi cauēdum a quopiam monemus, ne quid incōmodi afferat, Teren. Heu metuo lenonem, ne quid suo assuat capiti.

Sui similis est.

Et in bonū & in malū sensum dici accipi q̄ potest, ubi quis aliqd se dignū facit, uidelicet quū meretrīx impudēter loquit̄, leno peierat, fictus dissimulat, detractor obloquit̄, gloriosus ostētat, liber amicus recte monet, eruditus eruditē dicit, simplex simpliciter, modest⁹ mos deſte. Contra si periurū aliquādo quod iurauit præstare cōtingit, ibi

sui dissimilis dici potest, Terentius. Quod uterque dissimilis est sui? De le-

none dictum ac Phaedria, altero blandissimo, altero austriaco.

Defraudare genium.

*fel natura  
facio piso  
per* Est naturae necessariis non nihil subtrahere. Apud eundem est Comicus.

Naturam expellas furca tamē usque recurret.

Horatianus est uersus in epistolis. Non facile dediscuntur, quae natura nobis indidit, Terentius Rursum ad ingenium redit.

Cœlum non animū mutant, qui trans mare currunt.

\* Id est frustra locum mutauit, qui eundem animū retulit.

Vilis amicorum est annona bonis, ubi quid deest.

Facile habentur amici qui petant, qui dent perque pauci.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Mire dictum in eos, qui experta fastidiunt, optant inexperta.

Cura esse quod audis.

Id est cura talis esse, qualē te hoīes p̄ assentationē predicāt, Hor. ad Quintiū. Tu recte uiuis, si curas esse quid audis. Iactamus iampridem omnis te Roma beatū. Sed uereor, ne cui de te plus cōf tibi credas.

Cautus enim metuit soueam lupus, accipiterque.

Suspectos laqueos, adopertū miluius hamum.

Tres metaphoræ uenustissimæ, mire in eos cōuenientes, qui malum metu a maleficio se continet, alioquin peccandi perecupidi.

Cæcus cæco dux. τυφλὸς τυφλῶν οὐ γε μόνον.

Euangelicū adagium in eos, qui indoctū docere conātur, indocti ipsi. Simile est Horatianū. Cæcus iter monstrat. Ita enim ad Scœuam scribit, ut si cæcus iter monstrare uelit, tamen aspice. Quod perinde dictum ac si sus mineruam dicas. Porphirion monet.

Odit cane peius & angue.

Hor. Alter Myleti textā cane peius et angue. Vitabit chlamydem.

Sed tacitus pasci si posset coruus, haberet.

Plus dapis, & rixæ multo minus inuidiæque.

Ex Apologo quopiā de coruo & vulpe sumptū, nonnulli hoc p̄ uerbiū putant, etiā si non probat Porphirion. Est autē hīmōi sentētia, ut si quod munus adiuītibus accipiamus, eo taciti sine strepitu fruamur, hoc modo & sæpius accepturi, & citra inuidiam possessuri.

Sine cortice nabis.

Prouerbialiter ab Hor. positū, Acron admonet. Trāsumptūque ab his, qui quū natare primū discūt, corticibus uentri subligatis natāt, deinde exercitatores sine eiusmodi adminiculo natare incipiūt, Plautus in Aul. Quare pueros qui natare discunt scyrpo induit ratis, qui laborant minus facilis ut nent, & moueant manus, Hor. Simul ac-

durauerit ætas. Membra animi tuum nabis sine cortice, id est cibis  
tra custodem & pedagogum ipse te reges, ac moderaberis.

Aegrotus dum spirat sperat.

Cicero ad Atticum. Ut ægrotus dum anima est, spes esse dicitur.  
Sic ego (quoad Pompeius in Italia fuit) sperare non destiti. Ex ipsa  
re sumptum adagium in eos dici potest, qui in rebus afflictissimis  
spem tamen haud unquam abiiciunt.

Patere & abstine.

Epicetus philosophus, uniuersam uiuendi rationem duobus uer-  
bis complexus est. ἀνέχου καὶ ἀπέχου. id est patere & abstine, quo  
altero monemur, ut mala patienter toleremus, altero ut uoluptatis  
bus interdictis tēperemus. Eiusdē est in philosophorū vulgus dictū.  
ἀνευτο τράπτειν, μέχει τού λεγειν. Id est significat factis procul, uer-  
bis tenuis. Idem in blandos, sed fictos amicos dici potest.

Aedibus in nostris quæ prava aut recta gerantur. \*

Hunc Homericum uersum Socrati. prouerbij uice in ore semper  
fuisse, Aulus Gelli. scribit. ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακῶν τὸ γαστρί<sup>θῶν</sup>  
τε τέπυκται aedibus in nostris, quæ prava aut recta gerantur.  
Quo uersu monemur, ut ea modo quæ ad nos pertinent, curemus,  
externa alienaç ne inquiramus.

Coturnix Herculem seruauit. ὄρτυξ ἐσωσέν ήρκακλη.

Dici solitum, ubi quis præter spem seruatus esset.

Ira tardissime omnium senescit.

Græcum adagium. ὁ θυμός ἐσχατόν γεράσκει.

Ne in coena quidem laudaberis.

οὐκ ἐπαινεθεῖς οὐ δὲ τερπίδει πνεύμα.

In hominem uehementer inuisum. In coenis enim funeralibus de  
functi laudabantur, etiam si parum meruissent uiri. Præterea græ-  
cis in usu fuisse uidetur, ut in symposiis se laudarent, quemadmo-  
dum Alcibiades Socratem apud Platonem.

Asinus in apibus. ὄνος ἐν μελιτταισ.

De his quæ parum fœliciter cadunt.

Omnem mouebo petram.

Omnem mouebo lapidem. Vtrumq; enim apud græcos inueni.  
τάντα κινήσω τετρον. id est omnia experiar, nihilq; intentatum re-  
linquam, donec quod uolo effecero.

Ante uictoriam laudes canis.

τρό τῆς νίκης τὸ ἐγκώμιον ἀσθισ. Qui rem nondum peras-  
tam laudant.

Erustra canis. τρόσκενν τάλλεισ.

De frustra suadētibus. A cātoribus trāslatū, q̄ canētes nō audiunt.  
Imperatorum multitudo Cariam perdidit.

τῶολοι σρατηγοι τὴν καριαν ἀπώλεσαν.

Grecum adagium, quo significatum est male rem geri ab his, qui  
inter se dissentunt, neq; quisq; alteri concedit.

Sine riuali diligere.

Id amare quod nemo aliis appetat. Velutī Simia catulos suos  
miratur & amplectitur, sed sola, apud Aufonium legitur.

Pedibus in sententiam discedere.

A curiæ consuetudine ductum idem est, quod alterius senten-  
tiam approbare consentiendo.

Mus malus. μῦς κακός.

Græcū dictū in lasciuū & salacē hoīem. Murē em̄ salacissimū esse,  
Aelianus multor̄ testimoniis auctorū docet. Vnde amatorio blan-  
dimēto amatores quēadmodū passerculi, columbulæ. Ita & mures  
uocant, Mar. Nam quū me murem, quū me tua lumina dicas.

Nunquid & Saul inter prophetas.

In Malachon libris notissimā historiā de Saule dū paternas asinas  
q̄rit, repēte ppheticō furore arrepto, ita ut īter reliq̄s pphetas nudus  
saltaret et uaticinaret, in puerbiū hebrei yterūt. Cōmode eo utemur  
de repēte mutatis, siue in eos, q̄ sui dissilibus conuiuūt, ueluti si miles  
inter monachos, aut poeta inter theologos neotericos uersaretur.

Facies tua computat annos.

Apud Iuuena. in anum libidine iuuenculā. Dici potest in eos qui  
iūuenes uideri cupiūt, frontis rugis reclamātibus. Quod ideo ascri-  
bendum putauī, quia prouerbiū speciem quandā præ se ferebat.

Mare cœlo confundere.

Est omnia permiscere sine ordine. Quod græci dicunt. ἀνω κατω,  
id est sursum deorsum, quod nonnulli latinorum susq; dec̄s dixer-  
unt, nihil referre quid fiat significantes.

Ignorat quid intersit inter caput & inguen.

Aut est puerbiū, aut prouerbiū certe simillimū, qd de muliere ebria  
scripsit Iuuena. Inguinis & capitis quæ sint discrimina nescit.

Qui semel scurra, nunq; paterfamilias.

Porphirion in Horatium prouerbium fuisse admonet, utitur eo  
& Cice, in actione quadam dicens recte vulgo dici, ex scurra diuite  
quidem fieri posse, at patrem familias non posse.

Intus & in cute.

Prouerbialis sermo idem significans, quod penitus, Persius. Ad  
populum phaleras, ego te intus & in cute noui.

Iouem lapidem iurare.

**E**s quantumvis sancte deierare, a feriendi fœderis ritu sumptū, qd a patre patrato lapidē manu tenente cōceptis uerbis pronūciabatur.

Circulum absoluere.

**E**s omnibus numeris, ac partibus quippiam perficere. A cyclo illo & orbe disciplinarum deductum uideri potest.

Cimeriae tenebræ.

**C**imeriorū regio in Scythia a Cosmographis collocaſt, æternis tenebris dānata, cui solē nunq̄ oriri scripsit Home. in qua nō ineruditus poeta Ouidius, somno deo facetissimis uersibus regiā edificauit, Huius regionis obscuritas in prouerbiū abiit, quo Lactā. usus aptissime est in diuinariū insti. lib. iiiij. O cæcū pectus, o mentē Cimeriis, ut aiunt tenebris atriorē. Quem ueluti emulatus Hiero. Rogo inquit. quæ tanta est cæcitas, & Cimeriis (sicuti aiunt) tenebris inuoluta.

Muti magistri.

Mutos mḡos libros prouerbialiter olim noīabant. Docere em̄ possunt, loqui non pñt. Et qui legēdis mō eloquētiū scriptis eloquētiā sunt cōsequuti, hi gloriari possunt se a mutis p̄ceptoribus dicendi arte didicisse, Aul. Gel. li. xiij. ca. ij. Qm̄ uocis (ut dicit) uiuæ penuria erat, ex mutis (qd aiunt) mḡis cognoscere, nimirū libros innuens.

Non omnia pari filo conueniunt.

Pro puerbio Picus Mirādulanus protulit. E medio fortasse sumptum. Quo significamus non om̄es dicere om̄ia. Neq; omnia om̄es posse, ut scripsit Buccolicus poeta, sed minime buccolice.

Intra tuam pelliculam te contine.

Porphirion inde sumptū puerbiū putauit, qd doctores ī pellibus dormitent. Pōt & ab appologo notissimo tractū uideri, qd asinus leo nis sibi pellē adoptauit, quæ res illi magno fuit malo, Hora. Et merito, quoniā in propria non pelle qui essem. Quo uerbo monemur, ut pro sua quisq; conditiōe nos geramus, Martialis in sutorē quendā, qui prius in summas diuitias fortunę fauore subiectus, ut uēti erāt, ita uelū in altū sustulit, deinde ad pristinā rursus inopiā largitiōibus suis redactus, ut nihil iam nisi Cerdo esset. Nunc (inquit) in pellicula Cerdo tenere tua, Plau. Militem iactabundum & ostentatorem magnificū Elephantino corio circuntectū scribit nō suo, siue qd stolidū significaret. siue qd maiora, qd pro facultate loquentem.

Siculæ gerræ, Persæ nuge, Lyræ lyræ.

Festus Pompeius scripsit gerras grēce crates significare uimineas, eamq; uocem pro nugis & rebus ineptis, leuibusq; usurpari vulgo cōceptam hoc modo. Athenienses quū Syracusas ob siderent, & cres-

bro Gerras posceret, irridetes inquit Siculi Gerras clamitabat. Hinc gerrae pro nugis accipi ceptae. Ausonius Symmacho. Cogitas illud non illud Catullianum. Cui dono lepidum nouum libellum, sed a margotes ron & uerius. Cui dono illepidum & rudem libellum non diu quesiui. Tu enim occurristi, quem ego si mihi potestas sit ex oibus unum semper eligerem. Misisti itaque ad te friuola gerris sicut uaniora, Plaut. in Penulo Scitur per tempora hoc iam est. Verbū si uerbū uetus. Nam tuae blandiciae mihi sunt quod dici solet, Gerrae germanæ ædepol, Lyræ lyræ. i. mere nugæ. Ex quibus Plau. uerbis mihi suspicio sit & lyras pro nugamētis in pro uerbio fuisse. Vnde senes ætatis uitio ineptiētes delyrare dicantur. Persolæ nugæ & persæ nugæ. p meritis ineptiis apud eundem poetam cōplū sculis locis leguntur. Cōgerro, p familiari & nugarum nostrarum participē quū apud alios auctores, tum apud Plautum saepicule ponitur.

Eplastro loqui. εξ ἀμάσησ λαλεῖν.

Ex ueteris comoedie libertate sumptum adagium, in qua iuuenescit plaustris in obuium quemque scommata dicteriacque iactabant, Vnde græci ubi quenque liberius intemperantiusque conuictuatū significantur. εξ ἀμάξησ eum, hoc est e plaustro loquutum ferunt.

Non remulco, sed plena uelificatione inuectus.

Priori p̄simile est a nauali confictu sumptum, in quo rostratae nauies impetu inter se faciunt. Itidem qui magna libertate in quempiam dixit scripsitue, non remulco, sed plena uelificatione inuectus dicit. Nam hoc ipsum uerbū inuehi quo ueluti p̄prio iam utimur, uel a curribus in quibus pugnabant antiquitus, uel certe a nauibus translatum est.

Ad Aristophanis lucernam lucubrare.

Aristophanis comici lucerna, iā olim in puerbio est, ob exactam hoīs diligentia. Ut ad Aristophanis lucernā lucubrasse dicamus eum qui plurimum uigiliarum studio impenderit. Venit eadē de causa et Demosthenis lucerna in vulgi sermonē, in quē q̄ fere non nisi descriptio diceret, lucubrataque oratione. a maleuolētibus cōuictio iactatū est illud ἐνθυμητα τοῦ ἐκενίου λύχνον ὅζειν. i. opera illius lucernā olere. Et quid prohibet tertiam Cleantis lucernā accedere, ut augeat adagiorum nositorum cōcētum. Ad omniū profecto horū lucernas lucubrandum est ei, qui circulū illum & orbem disciplinarū uelit absoluere.

Vel cum puluisculo.

Qua clausula ita oīa ut sunt tolli, nihilque pr̄fus reliqui fieri significamus. A frumentū ab area cōuerrētibus trāsumptū uidetur. Plautus in rudentibus. Conuerret iam hic me totū cum puluisculo, Plau. in Trucu. Quo citius rem ab eo auferant cū puluisculo. Eodē iuuenia. uidetur allusisse. quū dixit. Si reddat ueterem cū tota erugine follem.

A limine salutare.

Dicitur, uel theologiā, uel phīam, uel aliam quāvis disciplinā, qui ei neq; admodū diuturnā, neq; impendiosam operā impertiit, neq; familiarem ullam, ac domesticā consuetudinem cum ea coniunxit. uerum ueluti prætereunte a limine, hoc est foribus salutauit.

Summis degustare labiis. ἀκρού χειλούς.

Extremis digitis attingere. ἀκρῶν δακτύλων.

Ad eandē sententiam faciūt illa nulli non notissima. Sūmīs degustare labris, & primoribus digitis attingere, Cic. pro Celio. Evidem multos & uidi in hac ciuitate, & audiui nō modo qui primoribus labris gustassent genus hoc uitæ, & extremis (ut dicit) digitis attigis- sent, sed qui totam adolescentiam uoluptatibus dedissent, emeruisse aliquando, & se ad frugem bonam (ut dicitur) recepisse.

Bonæ frugis.

Ex hoc prouerbio dici solere Cicero nos admonet, si quādo pro- būm minimeq; nequā hoīem significare uoluissent. Contra nullius frugis hoīem perditū & nequā appellabant, metaphora ab arborib; bus aut agris ducta. Inde illud comœdiis familiare, Frugi es, quum quispiam collaudabitur, quod probe officio sit functus.

De calcaria in carbonariam decurrimus.

Apud Politianum legitur pro adagio relatum. Quo dicto mihi orationis inconstantia notari uidetur. quoties fit, ut a re proposita, in aliam subito longe a priore diuersam delabimur. Pene de calcaria quod dicitur, in Carbonariam decurrimus.

Puluerem ob oculos offundere.

Glauconiam ob oculos obiicere.

Est de industria rem obscurare, auditoriū iudicium eripere, Cic. gloriatur in actione quadam se iudicibus tenebras offudisse. Et Hieronymus in monachū quendam, qui loquentiæ plus satis habebat, eloquentiæ nihil. Illlico inquit tenebras iudicibus ob oculos offudisset. Eundem habet sensum nebulam ob oculos obiicere. Nec aliud Plautinū illud Glauconiam ob oculos obiicere. Est autem Glauconia oculorum morbus cæcitatem subinde adferens.

Sybaritæ per plateam.

Sybaritarū nomen inter eorū exempla numeraf, qui uictu cultu immodice indulserunt, a quibus manauit dicterū illud vulgatū apud ueteres. συβαρίται οὐα τλατεῖσ. Sybaritæ per plateā contra fastosius ingredientes Africanus in oratione quæ cestis inscribitur. Sed enim inquit Sybaritæ fastu præturgidi.

Domi, non hic, Milesia.

Fuere milesij luxu mollicieq; notabiles. A quibus illud prosectorum est prouerbium. οιχοι τὰ μιλίσια οὐ γὰρ ἔθασιν. id est domi non hic Milesia. Conuenit in eos, qui domesticum luxum celebrant, ubi mis-  
nus probatur. Sic autem Lacedæmone Milesius quidam hospes au-  
diuit, qui delicias patrias extolleret, A po. Bizatius auctor. Ethicum  
uerbum quo monemur, domi quidem liberum esse suo quemq;  
more uiuere, at foris alieno more uiuere oportere.

Surdis agere testimoiiis.

Surdis testimoniis age dicunt, qui p tabellas testimoniū ferūt. Eius-  
mōi em testes rogare nō licet. Propterea q surde sunt tabulæ. Et nūc  
surdis agūt testimoniis q auctores magnos & multos citāt, neq; noīa,  
neq; loca indicātes, Politia. Neue surdis( qd aiunt) agat testimoniis.

Ansam quærere, arripere, præbere.

Venusta est metaphora, pro eo quod est occasionem quærere,  
seu ministrare, Plautus. An non uides hunc ansam quærere, id est  
occasionem rescindende pactionis. Ne maleuolis obtrectandi ans-  
sam præbeamus. Et ansam arripere, apprehendere ansam apud erus-  
ditos inuenies, quod est occasionem arripere.

Occasionem arripere.

Quod ipm occasionē arripere prouerbiū uim sapit. Est em occasi-  
onis dei huiusmodi simulachrū, ut rote pinnatis insistēs pedibus in  
orbem se se cœcitatiſſimo rotatu circūagat, priore capitis parte capil-  
lis hirsuta, posteriore glabra, ut apprehendi nequeat. Ad qd erudite  
allusit quisquis is fuit, qui hunc uersiculum scripsit. Fronte capillata  
post hæc occasio calua. Atq; hic deus, græce dicitur. καιρος.

Fenestram aperire.

Similis huic metaphora, pro eo qd est occasionē atq; aditum mi-  
nistrare, Terē. Hui quantā illi fenestrā aperueris ad nequitia. Et haud  
etiā scio an e medio sumpta sit a Cicero. translatio, qua in oratione pro  
Planco usus est, qd qd qua nolui ianua in causam ingressus sum.

In sinu gaudere. εν κολπῳ χαιρειν.

Est tacitū apud se gaudere, neq; aliorū applausus expectare, ut fas-  
ciūt qui recta cōsciētia cōtentī, hoīm iudicia flocci non faciūt, Cic. in  
Tusc. quæst. li. v. Quoniā hæc plausibilia nō sunt, ut in sinu gaudeat,  
gloriose loqui desinat, Tibull⁹. Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu  
Proptius. In tacito cohibe gaudia clausa sinu. Idem. Alter in alterius  
mutua flere sinu. i. me de tuo malo cruciari, te uicissim de meo.

Satis de queru.

ἄλις δηρυός. Id est satis quercus, aut satis de queru. Græcis in pro-  
uerbio erat, in eos qui e tenui conditione ad lautiorē uitam fuissent,

profecti. Inde sumptū, q̄ Prisci illi & primi mortaliū, simul atq; frumenti usus esset repertus, glandibus uictitare desierint.

Testudinem Pegaso comparas.

χελώνην ταύρον συγκρίνεισ. id est testudinem Pegaso comparas. De rebus uehementer dissimilibus. Testudine enim nihil tardius. At pegasus alatus equus singitur.

Semper fœliciter cadunt Iouis taxilli.

τει γάρ εῦ τι πτουσιν δι μίστη κύβοι.

Græcū adagiū dici solitū, tum in eos q̄bus oēs res ex sūnīa eueniūt, tum in illos, quorū uirtutibus fortuna respondet. Est enī Iupiter stelā prospera, honestisq; studiis, ac pietati fauens. Et haud scio, an in iasciēdis talis id antiquitus fuerit obseruatū. Iouis iactū fœliciorē esse. Ni si ad Iouis uictoriā, Iunonisq; uictae fabulā referre malumus.

Simulare cupressum.

Acron græcū prouerbiū fuisse admonet, in malū pictorē, qui p̄ter cupressum nihil nouerat pingere. A quo quū naufragus quidā p̄tisset, ut vultū suū exprimeret, ac naufragiū suū depingeret, ille interrogauit, nū ex cupresso uellet adiici aliquid, unde puerialis sermo sumptus. Conuenit in eos, qui unū quiddā prestare possunt, uti concionatores, qui duas aut tres conciunculas edidicerūt, neq; extra eas quicq; possunt afferre, eandem cantilenam semper canentes.

Delphynum syluis appingit, fluctibus aprum.

Horatianus uersiculus est, & ut opinor prouerbialis. Quadrat in eum, qui minime apte, minimeq; in loco quippiam dicit, facitq;.

Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

ωδίνεν οὐρος ἐιτα μῦν ἀπεκτέκεν.

Eiusdē Hor. x̄sus quē Porph. ex Aesopī apolo sumptū prouerbialē fuisse testat. Dicitus in hoīes uentosos, & ostentatores, qui magnificis p̄missis, tū vultus, uestitusq; auctoritate mirā de se mouent expectationē. Verū ubi ad rem uentū est, meras nugas adferunt.

Omne tulit punctum.

Adagiū a comitiis mutuo sumptū, ubi tabella circūferri solita, in qua pūcto apposito significabant, cui candidatorē suffragarent. Inde omne tulisse punctū dicit, qui oīm iudicio probat, nulliq; nō placet. Nam q̄ iucūda mō scribūt, his dūtaxat placent, q̄ uoluptatē appetūt contra q̄ utilia, ab his tantū probant, q̄bus utilitas querit, nō delectatio. at qui uoluptatē cum utilitate miscuit, is oīm suffragio laudabit, Hora. in arte. Omne tulit punctū, qui miscuit utile dulci. Idem in epistolis. Discedo Alcæus pūcto illius, ille meo quis:

Non missura cutem, nisi plena cruoris hyrudo.

Prouerbij facie certe hēt, & hic yſiculus. Dicēdus in hoīes imprō  
bos, atq; importunos, qui quicqd faciūt, id īmodice faciūt, & ad odi  
um usq; nō memores vulgatissimi sermonis, tum a lusu desistendū,  
quiū optimus est, ne uoluptatē odij molestia sequuta cōtaminet.

Sat cito, si sat bene.

Ex oratione quadam Catonis sumptum. Quo uerbo monemur,  
ne in negociis agendis precipites simus. Necq; eī referre q̄cito quid  
fiat, modo bene fiat, Hierony. ad Pāmachium. Scitum est illud quoz  
q̄ Catonis. Sat cito, si sat bene. Quod nos inquit quondam adoles-  
centuli quum a perfecto oratore p̄faciūcula diceretur, risi-  
mūs. Meminisse te puto erroris mutui, quiū om̄ne Atheneum schos-  
lasticorum uocibus consonabat. Sat cito, si sat bene.

\* Bona noīa nonnunq; fieri mala, si nunq; interpellēs.

Alphij fœneratoris dictū apud Columellā, qđ et īpm in vulgi ser-  
monē abiit. Et ille quidē debitorē noīa intelligebat, nos ad amicos,  
aut officij debitores referre poterimus, ut accipiamus ex bonis dilig-  
gentibusq; amicis, negligentes fieri, nisi consuetudine, ac literis subs-  
inde beniuolentiam renouemus officiisq; inutui admoneamus.

Pueros astragalis, uiros iureiurando fallendos esse.

Lysandri Spartani est apohthegma. Qđ significabat iusurandū  
iis, q̄ uiri uideri uellēt, sanctissimū hīc oportere, pueros talis rebusq;  
leuib⁹ falli posse, uirū grauē nulla re alia, q̄ iureiurādo posse decipi.

Quarta luna natī.

Male fortunati quarta luna natī dicunt, ppterēa qđ astrologorū  
obseruatione ea luna rebus gerēdis inauspicatiō sit iudicata. Polio-  
tia, Ne quarta oīno luna (sicuti prouerbij fertur) natī credamur.

Copiae cornu.

Iouē aluerit. Dicit de his, q̄ rerū om̄e genus domi conditū hīt, et a q̄  
bus qđuis possis petere. Plautinus parasitus eplām qndā copiae cor-  
nu appellat, q̄ plurimū ex ea cōmodorē capi posset. Et Aul. Gel. Plis-  
niusq; testant auctores nōnullos id tituli suis cōmentariis indidisse,  
tanq; in eis nihil non contineretur, omniaq; inde petenda esse.

Aquila non capit muscas. οὐ καλύπτει.

Significat summos uiros in rebus leuiculis labi nonnunq;, non  
q̄parum assequantur, sed quia negligant.

Aquilam uolare doces. οὐ πτασθειται μηδέσχεισ.

In eos dicit, qui doctū docent, aut qui memorē monent. Eandem  
habent sentētiā. Delphinū natare doces. Et pīscem natare doces.

Aquam culpat ardea.

Vulgatum quidem est & Neotericum, uerum non indignum  
quod ueteribus annumeretur. Competit in eos, qui ut suam inscri-  
tiam pretexant aliquo pallio, resculpare solent. Veluti si quis legen-  
di imperitus characteres malos esse causetur.

Aquilæ senecta. ἀετῶν γῆρας.

Prouerbium in senes, qui plus bibunt, q̄ comedūt ut scripsit Do-  
in Teren. ab aquilæ natura sumptū. Nam Pli. lib. x. natu. hist. refert.  
aquilas neq; senio, neq; ægritudine oppetere, sed fame, instantū super-  
riore accrescente rostro, ut aperiri non queat. Eoq; aquilā instantū in  
senecta bibere, aut de præda sanguinē sugere, Teren. in Heauton. Ni-  
hil nimiris narras, uisa uero est( quo dīci solet ) aquilæ senectus.

Palinodiam canere.

Est diuersum ab his, quæ prius dixisti dicere, ac in cōtrariū mutare  
sniam. Translatū a Stesichori fabula notissima. Hanc clausulā Chrys-  
ostomus noīatim pro puerbio posuit. Item & Augu. ad Hierony,  
Quare arripere obsecro te ingenuā et uere Christianā cum charitate  
sæueritatē, ad illud opus corrigendū, atq; emendandum, & Palinod-  
diam( ut dicitur )cane. Plato in ep̄līs. Quod si fateris, Stesichorū sa-  
pientem puta, atq; eius Palinodiā imitatus, ex mendaci sermone te  
ad uerū traducas, Cice. ad Atticum. Expecta Palinodiā diuinam.

Contra fluminis tractum niti.

Est cum potentioribus certare, quos contendendo uincere ne-  
queas. Ut enim flumen ex alto decurrens uehementius insurgit, si  
contra nitare, sicq; retardaret ita quorundam ingenia, nisi obsequun-  
des uiolentiora redduntur. Concedendum igitur his, quibus fru-  
stra repugnetur. Laudat hanc prudentiam in Crispo Iuuinalis, q̄  
Domitiani uiolentiæ concesserit, nec unq; direxit brachia contra  
torrentem August. ad Hierony. Quur igitur conor contra flumi-  
nis tractum, ac non potius ueniam peto:

Illotis pedibus. ἀντοισ τωσιν.

Quod nimiris confidēter, nimirisq; stolidē sit, id illotis pedibus fieri  
dicitur, Ut si q̄s sciolus et arrogās conēi theologiae mysteria tractare  
indoc̄o sermone, illotis pedibus de theologia disputare dici posset,  
Aul. Gel. in noct. Atti. Illotis( q̄d aiunt)pedibus & ybis reprehendit  
doctissimi hoīs orationē, Macrob. Saturna. lib. i. Illotis pedibus præ-  
tereunt. De literatoribus loquitur, qui reconditā illam, & pœnitissi-  
mam, in Vergiliiano poemate doctrinam negligunt. Deniq; sermos  
nem parum uercundū, nimirisq; precacem, ac petulantem illotum  
prouerbio uocant. Sumpta metaphora a rem diuinam facturis, qui  
nisi lotis pedibus sacrificium incepere non solent. Perinde est igitur

# ERASMI

illotis pedibus, ac si dicas prophane, & irreuerenter, pro eodem illo  
tis manibus apud græcos est.  $\alpha\gamma\pi\tau\omega\varsigma \chi\epsilon\rho\sigma\varsigma$ .

Dignus qui cum in tenebris mices.

Rusticū & puerū suisse adagiū Cicero cōmonstrat. Dici solitū,  
de his q̄ certa spectataq; fide eēnt, Cic. offi. iiij. Hoc nōne est turpe du-  
bitare phōs, quē ne rustici quidē dubitant, a qbus natū est, id qd iam  
tritū est uetusitate puerbiū. Quū enim fidē eius bonitatēq; laudat, dis-  
gnū esse dicunt, qui cū in tenebris mices. Erat ut suspicor ea mīcatio  
Iusū genus quoddam. in quo nōnulli dolo malo soleant uti.

Rem acu tangere.

Est ipsam rem sine errore diuinare. Quod & ipsum a Iudicio Ius  
su sumptum uideri potest, in quo diuinator, id quod aliis notasset,  
acu tangebat, qua in re qui non errasset, ipsum calculum, aut aliud  
quiduis acu tetigisse dicebatur, Plautus. Rem acu tetigisti.

Sic est ad pugnam properandum.

Dicitur in eos, qui re tota peracta. tum demum accurruut tanq;  
festinantes, quemadmodum ignauī bellatores solent. Callicles in  
Gorgia Platonis ad Socratem sero festinantem. Sic ad bellum, & pu-  
gnam ferunt (o Socrates) accedendum.

Post festum uenire.  $\chi\alpha\tau\alpha\pi\varsigma \tau\kappa\varsigma \epsilon\omega\pi\varsigma$ .

Retulitq; statim Socrates puerbio prouerbiū. Nimirū intelligēs,  
quid ille significaret. Nunquid inquit post festum (ut dici solet) ueni-  
mus tardiores. Alterū a conflictu, alterū a sacrificio translatum.

Purgatis auribus.

Idē indicat, qd attētis uacuisq; auribus, Hora. Est mihi purgatam  
crebro qui personet aurē, Plaut. Per purgatis ambo damus tibi ope-  
ram auribus, Persius Saty. v. Stoicus hic aurē mordaci lotus aceto.

Indulgere genio, Curare cutem.

Indulgere genio, est aio suomet obsequi, ac uoluptati operā dare,  
Persius. Indulge genio. Pro eodē curare cutē dicim⁹. Voluptarij em⁹  
id curant mō, ut cutis summa niteat, & ea ḡa balneis. unguētis, sole,  
somno, cōuiuiis utunt, Persius. Et assiduo curata cuticula sole.

Qui quæ vult dicit, quæ non vult audit.

Celebratissimū adagium, Terent. Si mihi pergit quæ vult dicere,  
quæ non vult audiet, Plaut. Contumeliam si dices, audies. Cecilius  
in Cryſio apud Gellium. Audibis male, si male dicis mihi.

Nodum in scyrpo quærīs.

Idē prouerbiū iisdem uerbis legit apud Plautū in Menechmis &  
apud Teren. in And. Est aut̄ nodū in scyrpo q̄rere, ea in re quēstionē  
facere, ubi nulla inest quēstio. Nam Donato scyrpus iūci species est

Ieuis atq; enodis. Aut etiam in re leuicula nulliusq; momenti perinde ut magna in re difficilem, ac religiosum esse.

Pridie caueas, ne facias quod pigeat postridie.

Nihil pfecto dici potuit puerbialius. Est aut in fabula, cui Sticho nomē, quae & ipsa inter Plautinas numerat, etiā si stilus aliū auctore sapit. Illic Pynacium patri persuadere cupiens, ne senex uxorē ducat, his uerbis utitur. Qui potest mulieres uitare uitet, ut quotidie pridie caueat, ne faciat quod pigeat postridie, hoc est ne præsentī cupiditate addictus id committat, cuius in posterum pœniteat.

Stulticia est uenatū ducere inuitas canes.

In eadem comœdia Panegyris eius soror, patri interminans, ne se inuitas uiris collocet, adagio nimis q; festiuo est usa. Stulticia est in quiēs pater uenatū ducere inuitas canes. Addiditq; sententiā qua metaphorā explicat. Hostis est uxor inuita, quae ad uirū nuptum datur. Dici potest in eos, qui coactis operis utuntur, officiumq; ab inuitis exigunt. Manet hodieq; apud nostrates prouerbium, incōmodum admodum esse inuitis iumentis quadrigas agere.

Actum est.

Desperatis est sermo a iudiciorū cōsuetudine sumptus, ut Donato placet, in qbus utriscq; auditis partibus ubi iudices pronūciassent. preco actū esse clamabat. Vnde qties nihil esse reliquū spei significamus, actū esse dicimus. Ut de me actū est. De tua actū est salute, Plau. Nisi quid re præsidū apparas, acta hæc res est. Certū est moriri.

Aedilitatem gerere sine populi suffragio.

Est ea in re imperiosum esse, in qua nemo ius imperādi fecit. Plautus in Sti. Sine suffragio populi tamen aedilitatē hic quidē gerit.

Lupus in fabula.

Quoties is de quo sermocinamur, de iprouiso colloquētibus interuenit. Lupū esse in fabula dicimus, adesse eum iūm significantes, de quo fabula narrat. Quod inde sumptū putat. Do. q; lupus ei quē prior uiderit uocem adimere dicit. Verum id cōmentū fruolū, nī hilq; ad rem attinere uidetur. Alterū illud eiusdē de nutricū fabulis, nō improbat quidē. Verū tertiu quod addit mihi maxie pbaret, nī si ille fictitiū esse dixisset, uidelicet Neuiāne fabulę, quū id ageret, quē admodū Romulus & Remus a lupa essent nutriti. repete uerū lupū actioni interuenisse, inde natū adagiū, ut quū de quopiā absente sermo fieret, isq; ppter expectationē repete interuenisset, lupū adesse in fabula diceret. Ita Syrus ille Teren. quū de Demea quē ruri esse credebant, narrat adolescēti qbus modis illū deluderet, isq; repete adesset hem inquit tibi lupus in fabula. Itē & apud Plau. in Sti. de Gelasino

H ij

parasito, qui fratribus de se fabulatis subito apparet, atque ecce cum  
tibi lupus inquietum, in sermone praesens esuriens adest.

Nota mala res optima est.

Aenigmaticū quiddā habere uidetur quod est apud Plautū in trinūmo. Nota res mala optima est. Sunt autem yba senis amico suadētis ne  
uxorē tametsi malā mutaret, ppter ea quod plārūq; q; cōmutat, p; malo  
peius accipiat, tū ignotū pro noto, postremo mala qbus assueuimus  
iam mala nō sunt. Bona quoq; cōtra quibus non assueuimus mala.  
Hæc nos sententia a rebus nouandis deterret, ne facile spe melioris,  
regem, præceptorem, amicum, uxorem mutare uelimus.

Gladium dedisti qui se occideret.

Hoc est ministrasti materiam, & adiumenta ad perniciem. Quod  
fecisse obiurgat Plautinus senex, qui adolescenti pro ædibus pecu-  
niam dederat, quā una ille secus perderet. Dedisti ne inquit hoc pacto  
ei gladium qui se occideret, & quid secus est, aut quid interest dare te  
in manus argentum amanti homini adolescenti?

A stirpe.

Perinde est. ac si dicas a fonte, ab eo vñ tanq; a stirpe oīa pmanat.  
Ex stirpe enim oīs rami, pgenerant, Plaut. q; si exquirat usq; a stirpe  
auctoritas, ex quo primū auctore hiū rumores emanarint.

Nunq; ædepol temere tintinnabulum  
nisi qui illud tractet acuet, mutū tacet.

In garrulos qui eo usq; arcanum continent, dum perconctator,  
ac dicendi occasio deest.

Lucrum pudori præstat, Græcum.

κέρδος αισχύνης ἀμεινον.

Plautus in Pseudulō. Nūmio illud quod pudet facilius fertur, q; illud  
quod piget. Eundē sensum aliter in Trinūmo extulit. Pol pudere q;  
pigere p̄stat totidē literis. Siā graui uiro indigna, eo q; illic a lenone  
dicitur, hic a sene, sed cōmode ad persuadendū sententiam etiam pa-  
rum probatā arripuit, præstat em̄ damnū admittere q; infamia.

Quod habes ne habeas, & illud quod  
nunc non habes, habeas malum.

Dici solitum in diuitem, tenacem, & sordidum, qui nec ipse diui-  
tiis audet uti, nec alios uti sinit. Eadem in fabula est.

Efficimus pro opibus nostris mœnia.

In tenues dicitur, qui & ipsi tamen pro rei modulo uiuunt laute,  
Plautus in Sticho. Quibus diuitiæ sunt domi, scaphio & cataris Bas-  
tiochis bibunt. Nos nostro famiolo poterio, tamen uiuimus nos,  
tamen efficimus pro opibus nostra mœnia. Idem vulgo sic dicitur.

**ADAGII**  
pusillæ auiculæ pusillos nidulos construunt

Ne musca quidem.

Vehementem hoīm solitudinem quopiam in loco esse significare uolentes. ne muscam quidem illic esse dicimus, Plautus in Truc. Quas tu mulieres mihi narras? ubi musca nulla fœmina est in ædis bus. Et hinc anceps iocus Chrispi in Cæsarē, de quo rogatus ecquis cum illo esset in conclaui, ne muscam quidem esse respondit, uidelicet ad Cæsaris alludens consuetudinē, qui quoties solitudinē fuisset nactus, muscas captabat, captasq; stilo præacuto figebat:

Semper adfert Lybia mali quippiam.

Ἄει φέρει καὶ λιβύη τι κακον.

Aut idem, aut certe simillimū cum illo Pliniano. Semper Africa noui aliquid apportat. Quod adagiū inde natū esse suspicor, qd Libya omne genus ueneni monstrorūq; progignit. Dicit in homines peruersos, qui noui semper sceleris aliquid moliuntur.

Acessæi luna.

Ἄκεσσαῖον σελήνη. i. accessæi luna. Dictū in compēdinatores, qbus noua subinde cā est, quur negociū pferant. Sumptū a naute cuiusdā moribus, cui Acessæo nomē fuerit. Is quo minus nauigaret, lunā se magis oportunā expectare dictabat. Nā græci, p̄cipueq; Lacedemo ni, quicqd essent rerū auspiciaturi, superstitiose lunā obseruabant.

Pluris est oculatus testis unus, qd auriti decem.

Certiora sunt quæ oculis, qd quæ auribus accepimus. Apud Plautum in Truc. Ex ea re sumptum deuerbium, qd quæ audimus recitari sæpe mendacia credimus, quæ uero ipsi uidimus certissima esse, quia quod uidimus testamur. Sæpe tamen audita certiora sunt his quæ uidisse putamus, quia uisus nos sæpe fallit.

Prudens in flamمام mittit manum.

Id est sciens me certo periculo maloq; expono, apud Hierony. Si mile illud Terentianū. prudens & sciens uiuus uidensq; pereo.

Omnium rerum uicissitudo est.

Quæ sñia a Terētiano scripta hodieq; adeo in puerbio p̄seuerat, ut paſſim postibus, ac fenestrīs inferebat. Dici non inepte pōt in eos, qui rebus secūdis insolētes facti, impotētores prouocat contumelia.

Ne nimium callidum hoc sit modo.

Donatus prouerbium esse admonet, qd qd anceps est lectio. Poteſt enim utrumq; legi & callidum, & calidum, ut prius illud ad festinaſ tum consilium, alterum ad nimis astutum referatur. Namq; utrāq; male ſolent euenire, & quæ nimium calent, id est quæ præcipitantis us incipiuntur, & quæ nimis audacibus dolis instituuntur.

H. iiiij

In me hæc cuditur faba.

Hoc est Donato interpte, in me hoc malū recidet, in me hæc uincit  
dicabit culpa. Translatū uel a faba quū batuit. i. tundit fustibus cūq; exuiſ ſiliqua, uel a faba male cocta & dura, q; ab iratis heris in coqui caput ſaxo cōminui nōnunq; confueuit, tanq; fabā ulciscētibus non coquū, quum tamē uniuerſum malū ad coquum perueniat.

Tute hoc intristi, omne tibi eſt exedendum.

Silē hoc ſupiori Dona. oñdit, fumptūq; a pulmēto, aut rusticorū alliato mortario. Sensus autē hmōi eſt. Tu huius auctor rei fuisti, tibi quoq; ferendū, ſi qd ex ea incōmodi acciderit. Vel tu cōpisti, idem finias oportet. Sic igit Phormio qui adoleſcēti fuafera, ut uxorē duſceret loquit̄. Ad te ſumma ſolū Phormio rerū redit. Tute hoc intristi, tibi omne eſt exedendum. Eadē ſententia nūc quoq; vulgo manet, & item alia ſimilis. Colo quod aptasti, id tibi ipsi nendum eſt.

Eo ne ferox es, quia habes imperium in beluas.

Sordidum & ſeruile adagium, quod olim in ſtabularios, & agaſſones, mulionescq; dici confueuit. Dicitur apud Terentium in Euſnucho a ſolido milite in Stratonem elephantorū praefectum.

E flamma cibum petere poſſe.

Competit in homines parasiticos, uehementerq; famelicos, qui uel grauissimam contumeliam ferre poſſunt, modo uentrem explesant. In eadem fabula parafito dicitur. Tace tu, quem ego eſſe inſra infimos omnes puto homines. Nam qui huic aſſentari animum induxeris, ex flamma te petere cibum poſſe arbitror.

Domini ſimilis eſt.

Dicerium eſt, in malī domīni, malum ſeruum.

Dignum patella cooperulum.

Apud Hierony. eſt. Veluti ſi malo populo malū regem, aut malo uiro malam uxorē, malis Chriſianis, malū pontificem contigisse diſcas. Idem ad Pamachiū. Inuenitq; protinus patella cooperulum.

Quod ſcio nescio.

Adagiū quo certā in tacendo fidē ſignificamus, quaſi perinde fuſturū dicamus, quaſi nesciamus id qd ſcimus, Teren. in Eu. Tu pol ſi ſapis, qd ſcias nescias. Idem in Heauton. Nescias qd ſcīſ, ſi ſapis. Donato prouerbiū hoc a Dialecticorum Iudis mutuatū uidetur, apud quos huiusmodi proponi ſolent, facio & non facio, & ſum amicus, & non ſum amicus, & audio & non audio, atq; id genus infinita.

Sine Cerere & Baccho friget Venus.

Chremes in Eu. Verbū hercule hoc uerum eſt ſine Cerere & Baccho friget Venus, ſentētia notissima eſt, cibo & potu libidinē iuuas

**ti, iisq; subtractis languescere, Hierony.** id puerbū subinde usurpat.

Ouein lupo cōmisisti. τὸν δὲ τῷ λύκῳ πεπίσευκαστο.

Id est ei seruandam rem cōmisisti, cuius gratia seruatorē adhiberi oporteat, Teren. in Eu. de Cherea. Cui soli uirgo cōmittebat seruanda, propterea q; Eunuchus putaretur. Scelestā agnum lupo cōmisisti, Cice. O probum (quod dici solet) ouium custodem lupum.

Quid si aliquis deus uoluit.

Prouerbialis cōsolatio in redura, atq; incōmoda, cuius nulla idonea ratio reddi pōt. Cherea idē. Ecquid si hoc quispiā uoluit deus.

In tranquillo esse.

Idem qd in tuto, & sine pículo. Simile illi, in uado. Etīā si plus est in tranquillo, q; in uado esse. Vtrunq; a nauigatiōe tractum, Teren. Tum aut Phaedriæ meo fratri gaudeo esse amorē in tranquillo.

Saxum uoluere.

Est inexhausto labore fatigare, Terenti. Satis diu iam hoc saxum uoluo. Donatus ait prouerbium fuisse in eos, qui inextricabili labore afflicti fuissent. Idemq; a Sysiphi fabula tractum putat.

Claudiana tonitrua.

In hoīes clamatos, multūq; obstreperos dici pōt. Nam Claudius pulchre iſtituit, ut ludis post scāenā factis lapidū cōiectus ita fieret, ut ueri tonitrus similitudinē imitaretur. Nā antea leues admodū et parui sonitus siebant, quū clavi & lapides in labrū æneum coniicerentur.

Aiantis risus. οὐάντειος γέλωστος.

In eos dicitur, qui temere & sine causa rident, quasi furiosus risus.

Audiendum cui quattuor sint aures.

ἀκουε τῶν τέσσαρα ἔχοντος ὄτα.

Græcum adagium, quo moneimur eorum consiliis obtemperare, qui plurimas res didicerunt, audieruntq;. Nam Lacedemonij Aspollinis simulachrum quattuor auribus fingeant.

Incultior Libethrio.

ἀκμονσότερος λιβηθρίων. id est insuauior, uel asperior libethrio monte, neq; ameno, neq; ullius frugis ferace. Quadrat in homines agresti incultoq; ingenio.

Pulchrorum etiam autumnus pulcher est.

Archelai apophthegma Euripide Agatonem iam pubescentem suauiantem. In eos conuenit, qui belle ætatem portant.

Aquila in nubibus. οὐ ετος ἐν νεφέλαιστος.

In eos dicitur, qui ea optant, quæ nequeant assequi.

Vulpes non accipit munera. ἀλώπιξ οὐ μωροδοκεῖται.

Græcum adagiū in eos, qui quū sint audiissimi, munera tamē ob-

Iata grauatum accipiunt, uidelicet tanque inuiti coactique accipiant.

Scitum est periculum ex aliis facere.

Est alieno experimento prudentiorem fieri. Et sic quidem Teren.  
extulit. Plautus aliter. f<sup>o</sup>eliciter sapit, qui periculo alieno sapit.

Annus est.

Prouerbialis hyperbole, qua moram perlongam significamus.  
Terentius in Ecy. Et nostin mores mulierum, dum moliuntur, dum  
comuntur, annus est. In contatore dici potest.

In tempore adire omnium est maximum.

Maxime refert, quo tepe accedas, si quod a quopia uelis impetrare.

Dies ægritudinem adimit.

Ter. Aut ego prefato ec ingenio ægregie ad miseria natus sum, aut  
illud falsum est, quod vulgo audio dici, dice adimere ægritudinē hoibus  
Asinum sub freno currere doces.

Hoc est operam perdis, Horatius. Infoelix operā perdas, ut si quis  
asellum. In campum doceat parantem currere frenis. Acron prouer  
bialiter de asello dictum admonet.

Prouinciam capere, Tradere prouinciam.

Vtruncque a Romanore consuetudine traductū est, apud quos mas  
gistratus prouincias sortiebantur, Terent. in Heauton. Videlicet ille  
Cliniæ seruus tardiusculus est, idcirco huic nostra tradita est prouin  
cia, id est huic negotiū datum est instruendæ fallaciæ. Idem in Phor.  
O Geta prouinciā cœpisti duram, id est graue onus. Menāder apud  
Gellum de imperiosæ uxoris marito. prouinciā inexpugnabilem  
geris. Quod græci dicunt. τραχυς ἄμαχον λέγεισ.

Bolus ereptus e faucibus.

Bolus e faucibus eripi dicitr, quoties cōmoditas que iam preemos  
dum tenebat. præter expectationē subito eripit. Ab aīalibus quibus  
præda auferit translatū putat Calphurnius, Teren. in Heauton. Cru  
cior bolum tantū mihi esse ereptum, tam subito e faucibus.

Quid si nunc cœlum ruat.

In meticulosos dicitr, qui peiora oīa diuinant euētura, Terētius in  
Heauton. Quid si redeo ad illos qui aiunt, quid si nunc cœlū ruat.

Dictum ac factum.

Vbi significamus nihil esse in negocio procurando præteritū dis  
ctum ac factum dicimus, Teren. Dictum ac factum reddidi. Idem in  
eadem fabula dictum ac factum, huc abiit Clithiphō.

Summū ius, summa malicia.

Non ascriptur userā, ne sentētias non adagia dicerer cōscribere, ni  
a seruo Comico noīatim pro adagio referretur. Verum illud Chre

me dicunt. Ius summum s̄epe summa malicia est. Quo prouerbio monemur æquitatem potius, q̄ legum literas sequi.

Quod abs te allatum erat, id est relatum.

In prologo est Phormionis, Prouerbium esse admonet Donatus. Mirum n̄i in eos, qui pro malo malum recipiunt. A mutua pecunia sumptum uidetur.

Tradunt operas mutuas.

In eos dīci confueuit, qui se mutuo defendunt, mutuo ue laudant. Est in Phormione. Ab opificibus tractum uidetur, aut uicinis agricolis, qui mutuo inter se operam cōmodant.

Ne in neruum erumpat fortitudo.

Dicitur in temerariā inconsiderataq; audaciā, quæ plerūq; in magnū malum adducit. Donatus a sagittariis sumptū putat, qui neruū arcualē dum imoderate adducūt, rumpunt nōnunq;. idq; non sine suo periculo, Terentii in Phormione. Verū hoc s̄epe Phormio ueror, ne ista fortitudo in neruum erumpat deniq;.

Pedum uisa est uia.

A uiatoribus translatū, qui notis uiis securius iter faciunt. Itidem ut audaciores sumus in his rebus, quarū antea fecimus periculum, Teren. in Phor. Ah non ita. factū est periculū, iam pedū uisa est uia.

Rete non tenditur accipitri, aut miluo.

Calumniatoribus ipsis nemo calumniam struit, uerum similes dolis appetuntur, qui fallere non norunt, & falli possunt. In easdem fabula. Quia non rhete accipitri tenditur, neq; miluo qui male faciunt nobis, illis qui nihil faciunt tenditur.

Amico amicus.

Solus est homo amico amicus. Parcēmiam esse Donatus indicavit. De his qui minimis facti sunt amici. Estq; apud Appollodorū, cuius Phormio græca est, hoc modo. μόνος ἐπισαται φιλεῖν τους. φιλουσ. id est solus nouit diligere amicos.

Ipsa senectus morbus est.

Senibus nunq; deest morbus, Horatius. Multa ferunt anni uenientes commoda secum. Multa recedentes adimunt. Apollodorus græce hoc modo. τὸ γῆρας ἐστὸν τὸ νόσημα.

Sudabis fatis.

His uerbis prouerbiali figura inanis conatus significat, Terentius in Phormione. Eia sudabis fatis, si cum illo incœptas homine.

Vorsuram soluis.

In eū dicit, qui e p̄senti quidē malo fese expedīt, uerū ita ut grauius aliunde impedit. Donato enī uorsurā facere, est æs alienū ex ære

alieno soluere, aut minore sœnore maiore accepta pecunia occupare. Teren. in Phor. In eodē luto hesitas, uorsurā solues pñs qđ fuerat malū, in diē abiit, plage crescunt. Sen. Domi qđ aiunt, uorsura fit.

Animam debet.

In eum quadrat, qui immodico ære alieno tenetur, Terent. Quid si anima debet, Don. Græcū proverbiū ascripsit. Τὸν ψυχήν ὄφειλει.

Eodem in ludo docti sunt.

Hodie qđ vulgo dicūt in eos, qđ mores uehemeter conueniūt.

Suo sorex indicio periit.

In eum qui ipse se prodit. Veluti Parmeno ille in Eu. Hier. Qui iratus fuerit, atq; rescripsit, suo quasi mus prodetur indicio.

Quodcunq; in solum uenis.

Cice. de nat. deorū. li. i. Adulteris ad oīa athomorū regno uel hoīe uel licētia. Hinc quodcunq; in solū uenis (ut dicit) effingis atq; efficis.

Mancipij capillus. αὐθαποδώμης θρίξ.

In dura mente hoīes dicit, ut eum seruilibus capillis dicamus, cui rusticū seruile & agreste ingeniū esse significare uolumus, Plato. Huiusmodi hoīm generi mancipiorū pilos in animo esse scripsit.

Lac gallinaceum seu γάλα όρνιθων. Lac gallinarum.

Græcum adagium de inuentu rarissimis, unde quoties quapiam in re nihil inueniri posse significamus, uel illud quod nusq; inuenitur, & gallinaceum lac inde hauriri posse dicimus, Plinius. Alij ceras Amaltheas, quod copiae cornu, uelut lactis gallinacei sperare possis in uolumine haustum.

Suspendio arbor deligenda.

Vbi rem uehemeter indignā, nulliq; pr̄fus tolerandā innuimus arborē suspendio deligendā esse dicimus. Qd' adagiū inde ortū Plinius scribit auūulus, qđ in Theophrastū phōrum principē Leontium meretricula scribere esset ausa. Plinij super hāc re hāc sunt yba. Cum uero nesciā aduersus Theophrastū hominē in eloquentia tantum, ut nomen diuinū inde inuenierit. scripsisse etiā fœminā, & proverbium inde natum, suspendio arborem eligendam.

Mineruæ felem.

In eos dictū, qui deteriora præstatiōribus cōparant, propterea qđ leuicula quapiā in re cōueniat. Quid em Minerua dea cū fele habet cōmune p̄ter glaucorē oculorum. Græci sic. οὐκέτη τὸν διλαυρον.

Attici Eleusinia, subaudi celebrant.

De re uehemeter arcana celandaq; dicit. Cereris em Eleusinæ mysteria, pdere capitale erat apud Atticos, inde de re quæ cœlat adagiū. Ἀττικοὶ Ελευσῖνες. i. Attici Eleusinia, sacra subaudi faciunt.

Σαλ υπέρ της οὐρανοῦ πάτησεν.

Διός φόρτος καὶ λαθεντὸν ἐνθεντὸν εἰσῆλθεν.

Græcum est a mercatore quodam sumptum. qui quum salem dono acceptum naui ueheret, lentina adaucta in salem influxit, soluitque uniuersum, & corruptit ipso dormiente. Itaque quod ex aqua marina coctum erat in eadem resolutum est. Simillimum habet sensum Plautinum illud. Male partum, male disperit.

Lari sacrificare. εσία θύουσιν.

Est consilio uehementer occulto quippiam moliri. Ex huiusmodi enim sacris nefas erat quicquam foras effterri.

Cantharus aquilam querit.

Ex apolo sumptū adagiū. Cantharus em̄ ut cōtemptū ulcisceret aquile oua e nido extruderat. Cōuenit in eos, qui iniuria quapiā exasperati vindictā parāt. Græce hoc mō. ἀετὸν κάνθαρος μαίευεται.

Pastillos Rusillus olet, Gorgonius hircum.

Quū singule illustriū poetarū sīnē adagiorū uice possunt usurpari, tum hoc Horatiano uersu nihil potest singi prouerbiale magis in homines diuersis uitiis laborantes, ueluti in loquacem, & nimis taciturnū, in ineptum solutum, ac nimiū tristem, sordidum & prodigum, arrogantem, & putido abiectōq; animo.

Capra Scyria. ἄγριξ σκυρία.

In eos q̄d rat, qui recte facta uitiis adiūctis contamināt, quicq; bene coepita male finiūt. Veluti capra Scyrica mulctrū, q̄d lacte iplauerat, ipsa rursus euertit, atq; hoc modo, bñficiū q̄d dederat, eadē perdidit.

Canis per Phratores ductus.

ἄγριμος διὰ φρατόρων κύων.

Dici solitū in eos, q̄ scelerū suorū aliquā pœnas debitas pēdūt. Phratores em̄ populi sunt, apud quos canes adducti statim occiduntur.

Inexperta aut expers nuptiarum. ἄγνη γάμων.

Recto sensu de casta dicitur & innupta, figurato de impudicis, quae quū nulli nupserint, quotidie tamen nuptiis dant operā. De quibus est illud Ciceronis. Mater huius quotidianis nuptiis delectatur.

Cum laruis luctari.

Est in mortuos inuehi, sepulchorumq; scripta reprehendere.

Cum mortuis non nisi larue luctantur.

Plinius auunculus in præfatione. Nec Plancus ille pide, qui cum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, quae ab ipso, aut liberis post mortē Planci ederentur, ne respondere posset, cum mortuis non nisi laruas luctari. Quo dicto sic repercutiūt illos, ut apud cruditos nihil impudentius uideretur.

Mola salsa litant, qui thura non habent.

*Qd' bono offert aīo quantūlibet exiguū munus, id æqui, boniç  
cōsulere cōuenit, Plin. in eadē p̄f̄sat. Te qdē in excelsissimo humani  
gñis fastigio positū, summa eloquētā, summa eruditōe p̄reditū, relis  
giose adiri etiā a salutātibus scio. Et ideo imensa p̄ter ceteras subit cu  
ra, ut quæ tibi dicātur cōdigna sint. Verū & dijs lacte rustici, m̄ltaeç  
gentes supplicant, & mola tantū salsa litant, qui nō habēt thura.*

Murus aheneus.

\* Pro decreto certo, atq; īmutabili est in primo ep̄stolarē Hor. Hic  
murus aheneus esto. Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Quo teneam vultus mutantem Prothea nodo.

Mire dictum est ab Horatio, in homines subinde animū mutan  
tes. Protheus enim (ut est in fabula notissima) quo uinculis elabere  
tur in omnes se rerum formas transformare consueuit.

Syncerum est nisi uas, quodcunq; infundis, acescit.

Eiusdē est apophthegma, cōuenit in eos qbus bonæ res animi uis  
tio sunt malæ, quiue recte & utiliter dicta, in malū & perniciē cōuer  
tunt. Epicteti sňia est. Cuius in improbū phūm hæc sunt apud Gell.  
uerba. Homo ubi nā mitis cōsydera, nūquid uas purgatū sit, nā si ad  
inanē opinionē ea inuergas prorsum intererint. Sin cōputrescant in  
urinā, aut acetum couertentur, aut si quid his ipsis est deterius.

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Tēstadiu.

Adeo in teneris consuescere multum est.

Cornix furtiuis plumis exornata,

Vel cornix alienis plumis superbit.

Iam olim ex apolo in proverbiū translata est, Horatius. Ne  
si forte suas repetitum uenerit olim Grex auium pennas, moueat  
cornicula risum. Furtiuis nudata coloribus. In eos conuenit, qui a  
liena inuenta pro suis usurpant, itaq; se uendant.

Corpus sine pectore.

Significat hominem sine mente, brutum & stolidum, Horatis  
us ad Albium. Non tu corpus eras sine pectore, dñ tibi formam,  
Dñ tibi diuitias dederant, artemq; fruendi.

Cerite cæra digni.

Notari ignominia digni cerite cæra digni dicebant, ppterēa qd  
Acrone, Porphirioneq; auctoribus, Romani Ceritibus bello subas  
ctis eā dixere cōditionē, ne suffragij ferēdi ius haberēt, ut leges ullas,  
aut ederēt, aut haherēt, Vnde puerbio īsignē ignominiā ceritē cæ  
ram uocabāt, Hor. Quid deceat, qd non obliti. Cerite cæra digni.

Aranearūm telam texere.

**E**s in re friuola nulliusq; frugis infinitum laborem capere. Apud Basilium in principio hexameron legitur.

Vtramq; paginam facit.

Pli. auūulus hist. na. ca. viij. li. n. De fortuna dea agens, huic inq; oīa expēsa, huic oīa ferunt accepta, et in tota rōne mortaliū sola utrāq; paginā facit i. siue qd boni obtigit, fortuna laudat, quasi dederit, siue mali quid accidit, eadem incessit, tanq; malorū auctor.

Vlyssis remigium.

In hoīes uitiosos, & p̄ditis moribus, cuiusmodi erant Vlyssis co-  
mites, qui sibi nec a Circes poculis, nec a Syrenū cātu tpare potuerūt.

Ab ouo usq; ad mala.

Pro eo, qd est tota cōena. Veteres nāq; cōenā ab ouis auspicabant  
malisq; finiebāt, Horat. Saty. iij. Si collibuiisset, ab ouo usq; ad mala  
citaret lo. Bacche. modo summa uoce, modo hac, resonat, &c.

Neglectis urenda filix innascitur agris.

Ex eadem Satyra sumptū Metaphora aptissima. Sensus est huius-  
modi, animis nostris uitia innasci sua sponte, nisi honestis disciplinis  
excolantur, ueluti ager in cultus filice inutili herba occupatur.

Balbinum polypus Agnæ delectat.

In eum conuenit, qui studio amoreq; exceccatus uitiū pro uirtute  
admirat, ac laudat. Quemadmodum Balbino amatori Agnæ suæ  
polypus suave olebat, Hora. Turpia decipiunt cæcum uitia, aut eti-  
am ipsa hæc delectant, ueluti Balbinum polypus Agnæ.

Qui ne tuberibus propriis offendat amicum

Postulat, ignoscet uerrucis illius.

Qui sibi maiora uitia ignosci uolet, aliorum minora ferat.

Cygnea Cantilena. xύκνειον ἄσμα.

De his dici solitū, qui morti uicini supræmū loquuntur. Cygnos  
enim morientes canere perhibent, Hiero. Nescio quid Cygneū uicis  
na morte cecinerunt, de senibus loquens poetis, qui quo fuere mor-  
ti propiores, eo in scriptis fuere suauiloquentiores.

Communis Mercurius. κοινὸς Ἐρμῆς.

Dere furtua dī, quā Mercurius furor auctor, cōem esse docuit.

Mali corui, malum ouum nascitur.

κακῶν κόρακος κακὸν ωὸν ἔφυ.

Id est ex malis parētibus malus filius. Ab indocto p̄ceptore indos-  
etus discipulus, ex patria illaudata, uir illaudatus. Deniq; facinus sce-  
leratū ab hoīe scelesto. Quod adagiū in Coracē, Tisiāq; altercātes re-  
ciprocō dilēinante succlamatū fuisse Gellius lib. v. cap. x. refert.

Sacram mouere ancoram. Χίνειν τὰν ἱερὰν ἄγκυραν.

Est extrema experiri, & nihil intentatū relinq̄re. Nam extremā an  
corā sacrā olim uocabāt, quā nō nisi extremo in discrimine iacebat.

Cassioticus nodus. κασσιότικον ἄμυνα.

In astutos & calumniosos homines dicitur. Cassiotē enim nodos  
quosdam inexplicabiles excogitasse feruntur.

Colophonias contumelia. κολοφώνια ὑβρίστ.

In potentes qui tenues iniuria afficiunt, Plato in epistolis ad Diōnysium, promissis omnibus, o uir mirabilis Colophoniū (ut aiunt) suffragium, finemq; gloriosissimum imposuisti.

Ventis sequundis nauigat. κατὰ ῥῶν φέρεσθαι.

Desolciter agentibus dici solitum.

In aquam scribere. καθ' ὑδάτος γράφειν.

Est inanem laborem conari.

Camelus uel scabiosus multorum asinorum portat onera.

κάμηλος καὶ τωριῶσα τωλλῶν.

ὅνων ἀνατίθεται φορτία.

De his dici solitū, q̄ tācti senes, mltis tñ iuuenibus p̄stant potentia.

Cretensis contra Aeginitam. κρήτης τρόπος ἀιγινίτην.

Id est improbus cum improbo agit. Sunt enim utriq; & Cretens  
ses, & Aeginitae uanis, & subdolis ingenii.

Pedetentim. κατὰ τωδόστ βάσιν.

A caute glaciem ingredientibus tractum, Terentius. Dij bene uer  
tant quod agas, pedetentim tamen, id est sensim & leniter.

Cancer leporem uenatur. καρκίνος λαγωὸν ἀιρεῖ.

Item lupus ouem seruat.

De re neutiç; uerisimili utrumq; dicitur.

Fictiles diuitiae. κεράμιος τλαῦτος.

De opibus icertis, et fragilib⁹ dictū, cuiusmōi sunt q̄ facile pereūt.

Homo fictilis. κεράμιος ἀνθρωπος.

Id est mollis minimeq; ualidus, a figulorum uasis tractum.

Inuenit malī coagulum. ἀυτόσ.

ανέυρε τοῦ κακοῦ τὴν τιτύαν.

Competit in hominem meritas pœnas dantem.

Lepus dormiēs. λαγὼς καθεύδλων. uel leporis somnus.

Quadrat in eū, qui qđ non facit, facere se adsimulat, aut qđ facit fa  
cere dissimulat, Leporem em̄ patentibus genis dormire constat.

Lemnium malum. λεμνιον κακόν.

In morosam mulierem dicebatur. Lemni enim mulieres pessimas  
abundare ferunt.

Lepus pro carnibus. λαγὼς τερψί τῶν κρεῶν.

In eos conuenit, qui ob diuitias suas, aut utilitatem quamplam in periculum ueniunt. Leporem enim non quod noceat uenamur, ut lussum, sed quod pulmentum habet.

Libyca fera. λιβυκὸν θηρίον.

Dicitabatur in hominem uafrum callidum, uerisipelle, uariis moribus, eiusmodi nostrum Catilinam fuisse, Cicero testatur. In Libya. namque uariæ ferarum species miscentur.

Album suffragium. λευκὴ τῆλφος.

Pro fœlici rē successu dicit, albis em & nigris calculolī suffragia ferebant. In albus calculus p̄ fauore ap̄d Pli. & apud Plau. nigrū calculū pro candido inferere, pro eo quod est malū & incōmodū adferre.

Lyndij sacrificium. λινθιοι τὸν θυσίαν.

Est apud Lactantiū fabula de Hercule, qui Lyndio cūdā duos boves ereptos per uim, mactauit, senex aut̄ Herculi comedēti mīta maledicēs uoluptati pariter & risui fuit, ita ut Hercules nullū unq̄ consuuiū sibi suauius fuisse diceret. Pot in eos torqueri, q̄ de rapto sacrificat, uel in eos q̄ accepta iniuria ultro etiā rident ab his qui fecerūt.

Linum lino copulas. λινων συνάπτεισ.

Id est debilia debilibus. friuola friuolis adiungis. Chelippus in Euthidemo Platonis. Modo (ut fertur) Euthideme, lino linum conneatis, Grauem rem dicis, si pater tuus pater est omnium.

Locrense pactum. λοκρῶν σύνθημα.

De fœdis fragis dictum, cuiusmodi Locros fuisse perhibent.

Lupi alas queris. λύκοι τατερὰ γιτεῖσ.

Hoc est, queris ea q̄ nusq̄ sunt. Aut ubi q̄s uerbo dūtaxat territat.

Lupus hiauit. λύκος ἔχανεν. Lupus puteū circumit. λύκος τατερὶ τὸ φρέαρ χορεύει.

In frustra rei cuipiā inhibētes dictū. Lupus em famelicus, ubi preda non dat, hians circūambulat. Idēq; sitiens puteū circūcursat, qd uelit ostendēs at frustra. Eundē habet significatū. Canis circū intestina.

Leonem tondere. λέοντα ξυρεῖν.

Est potentibus dolos struere. Socrates de rep. primo ad Trasymachum seuū & aīosum, Putas ne me adeo furere inquit, ut leonē tondere audeam, & aduersus Trasymachū insidias tendere. Agni nimis rum citra periculū tondentur, leones eodē modo tractari nolunt.

Quauis īcantatione melius.

De ratione uehementer efficaci dicebatur, Plato in epistolis. Puto enim responsiones nostras iustitia & pudore (nisi quid magnū subsit) magis omni (ut dicitur) īcantatione uos in prisūnam amicitiam & cōmunionem copulantes.

# ERASMI

Lucernam in meridie accendere.

λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ ἀπτειν.

Est intempestive quippiam adhibere, quum nihil est opus.

Soli lumen inferre.

Est per se clarissima uelle oratione illustrare apud Fabiū lib. v.

Laconicæ lunæ. λακωνικὰ σελήνας.

Lacones pacata differre consueuerūt lunam causantes. Inde de passionibus infirmis & dubiis adagium. Lunæ Laconicæ.

Lychno pinguior. λιπάρωτερος λύχνου.

Lechyto crassior. λιπαρώτερος λυχύθου.

In sordidos dictum, aut in luxu superfluentes.

Megarensum lachrymæ. μεγαρέιων θάκρυα.

Coactæ sunt lachrimæ. Megarēses em̄ regem suū defunctū coacti sunt oēs simul deflere. Ad nouercæ tumulū flere. eundē sensum obtinet, quod aliubi posuimus. τρόπος σηματου μιτριας θάκροειν.

Ad mensurā aquā bibunt, sine mēsura oftam comedūt.

μέτρῳ υδωρ τίνοντες ἀμετρήσαντας ἔδοντεσ.

Quadrat in eos, qui præpostera ratione, ibi parcissimi sunt, ubi nihil opus, ubi oportet intemperantissimi.

Ne puer gladium. μὴ ταῖσθι τὸν μαχαιραν.

Subaudi cōmiseris. i. rerū impitīs caue quicq; magni negotiū cōmittas, ne uel in suā, uel aliorū perniciem abutant̄ potestate accepta.

Non una hyrundo uer efficit.

μία χελιδῶν ἔαρος οὐ ταῖσθι.

Id est non unum quiddam est satis, in quo multa requiruntur, ueluti si ex una coniectura quis iudicet.

Ne temere abydum. μὴ ἐιχῆ ἀβυδον.

Subaudiendū nauiges. i. nullū sine magna causa periculū magnū suscipiendū. Nam periculosa erat in Abydum nauigatio.

Malum bene quiescens ne cōmoueris.

μὴ κινεῖν κακὸν ἐν κείμενον.

Mala sopita non esse renouanda Simile. cinere conditum ignem ne resuscites. Hoc ulcus ne moueas. Hanc cicatricem ne refrices.

Necq; natare, necq; literas. μήτε νῦν μήτε γράμματα.

Aut subaudi, aut adde, didicit aut nouit. Hæc enim duo Atheniæ pueri statim discebant. Vnde & in eos dicit, qui nihil bona & artiū in puericia didicerūt, Plato li. de legib. iij. Qui uero cōtra affecti sunt sapientes habendi, etiā si necq; līras (ut dicitur) necq; natare sciant.

Ne caprea cum leone pugnam īneas.

μητρὸς λέοντα δορκάσ. id est ne contra leonem caprea, Ne im-

par cum potentiore decertes. Dorcas ē m̄ sylvestris est capra.

Paruum malum, magnum bonum.

μικρὸν κακόν μέγα ἀγαθὸν.

Ex paulo incōmodo laboreq; summa cōmoda capiunt. Nisi malus  
mus, Terētia. illud itelligere. Ex malo prīcipio maxias cōflari amicis

Negladiū tollat mulier. μὴ μάχαιραν ἀπει θῆλυ. (tias.

Id est ne conetur, qui opem ferre nequeat.

Midas auriculas asini habet. μίδας ὄνου ὠτα.

Vel in stolidos dici potest, uel in tyrannos, qui longinquis etiā in  
locis audiūt, nempe auscultatoribus dimissis. Ferunt Persianū illud  
hemistichon. Auriculas asini q̄s non habet, prius fuisse scriptū, Au-  
riculas asini Mida rex habet. Ex fabula notissima sumptū adagium.

Ignem igni ne addas. μὴ τῷ πῦρ εἰπεὶ τῷ πῦρ.

A Carbonario quodā exusto natū ferunt. i. malū malo ne addas.

Nebulas detexis. νεφέλας ξαίνεσ.

In uane laborantem dīctum.

Asinus mysteria uel sacra portat. ὄνος ἄγει μυστήρια.

Inde natū q̄ sacra et ad solēnitatē necessaria asini iponebant. Cus-  
tus rei testis abūde Apuleius, cū asinus sacerdotibus illis ipurissimis  
seruiret. De honore dī indigno cōmiso. ueluti cū indocto doctoris  
titulus tribuitur. Eundē habet sensum. Simia purpurata, et qd hodie  
dicunt, inaurare nucū putamina, & sudem purpura uestire.

De asini umbra. τερπὶ ὄνου σκιᾶσ.

Subaudi altercantur aut rixantur. Ferunt a quodam asinum con-  
ductum. Is æstu ante solem, sub asino cubans a sole se defendit. Mo-  
xit hinc rixam locator, negans se asini umbram locasse, sed asinum.  
Simillimum est illi, de lana caprina, Meminit & Apuleius de se, q̄  
dum per fenestram prospectat asinus, & umbra proditus deprehens-  
ditur, adagium fuisse diuulgatum.

Cretizare. κρητίζειν. Similiter græcari.

Pro eo quod est dolis agere. Eadem ratione Plautus græcari &  
pergræcari dixit, pro eo quod est uoluptariam uitam agere. A gen-  
tis moribus utrumq; sumptum.

Frater adesto uiro. ἀδελφὸς ἀνδρὶ ταρεῖν.

Apud Plato. secūdo de R. P. li. Adamātus Glauconis contra So-  
cratē disputantis partes excipiēs. Nondū inquit o Socrates fatis hac  
de re dissertū. Quur nam? Id nāq; dictū non est, qd maxie dici opor-  
tuit. Tum Socrates, frater adesto uiro. ut habet prouerbiū. Quare tu  
si quid hic reliquit. adiuua, Vnde natū sit. Plato idem in Protagora  
monstrat, ubi Socrates Prodicū aduocans, ut Simonidē conciuem

# ERASMI

suū conuenit a Protagoræ calumnia tueatur. Videor equidē aduocare te inquit, quēadmodū ait Homerus, Scamandrū ab Achille obfessum, Simeonem aduocasse. O amice frater uiri huius una ambo uim cōprimamus. Iisdem autē uerbis Cassius Cæsarem aggrediens fratrem adiutare iussit, & quidē græce, ut refert Plutarchus De eo dis̄titatum, qui deficentem & imparē mūtuis uiribus adiuuat.

Sine obfonio conuiuas fecisti.

Qui in anō quippiā constituūt, non expendētes qđ ad id efficiendum requiratur. Nam apud Plat. quū Socrates ciuibus q̄s oratione finixerat, nullū alium adderet uictum, præter panem & uīnum, tum Glauco. sine obfonio (ut uidetur) inquit conuiuas fecisti.

Lynceus. Λυγκέύς.

Lyncei oculi iam olim in puerbio sunt, Plato in epi. Ne Lynceus quidē ut eiusmodi animus uideat, efficere possit, Hora. in ep̄lis. Non possis oculo quantū contendere Lynceus. Non tñ idcirco contēnas lippus inungi, Pli. secūdus li. iiij. ca. x de luna loquēs. Nouissimā ue-ro primāq; eadē die nullo alio in signo, qđ in ariete cōspici, Id quoq; paucis mortaliū contingit. Et inde fabula cernendi Lynceo. De eodē plura alias idem Plinius. Ediuerso cæcum Tiresiam uocamus, iuuentalis. Nec surdum, nec Tiresiam quenq; esse deorum.

Tricæ Apinæ.

Martialis. Quæcūq; lusi iuuenis & puer quondā Apinasq; nr̄as. Idē alibi. Sint apinæ tricæq;, et si quid uilius istis. De leuissimis uilissimisq; rebus dictū. Inde natum. qđ( ut aūtor est Plini. )lib. iiij. cap. x. ueteres Apinam urbem euersam in ludicrū uerterunt.

In toga saltantis personam inducere.

Est in re ludicra seria miscere, aut cōtra in re seria ludicra inducere. Nec dissimile est huic hebræū illud, musica in luctu, Mar. Noli ergo si tibi uideā, rem facere ridiculā, & in toga saltatis inducere personā.

Rem factam putare.

Semel atq; iterum est apud Martialem, pro eo quod est rem certam & indubitatem habere. Ad Procillū. Tu factam tibi rem statim putasli. Iam te rem factam Bythinice credis habere.

Echino asperior. ἔχινος τραχύτερος.

Græcum adagiū in homines morosos & intractabiles. Est enim Echinus apud Pliniū piscis aculeata undiq; testudine.

Odium Vatinianum.

Vatinius in tantū populi Romani odiiū peruenit, ut in prouerbiū abierit. Nam capitale acerbūq; odiiū significare uolentes, Vatinianū odium dicebant, Catullus. Munere isto odissem te odio uatiniano.

## Fumos uendere.

Pro eo q̄ est ambitiosa assentatione gratiā captare. Apud Martia. Vendere nec uanos circa pallatia fumos, Plaudere nec cano, plaudere nec Glaphyro. a Thurino quodā natum, quē Alexander Seuerus Imperator Romanus fumo enecari iussit, q̄ simulatā apud herū suū gratiā & officium cōmendationis cuidā subornato ad hoc ipsum a Cæsare uendidisset. Proinde præcone iusso dicere. Fumo perit, qui fumos uendidit. Quemadmodū scribit Spartianus in eius Imperatoris uita. Consimile euangelicum oleum uendere, prius illud a thurificantibus. hoc ab unctoribus translatum.

## Pellem caninam rodere.

Id est maledicis maledicere, Martia. in detractorē & allatratorē. Non deerunt tñ hac in urbe forsan, Vnus uel duo, tres uel quatuor. Pellē rodere qui uelint caninā. Nos hac a scabie tenemus ungues.

## Oleum aure uel ore ferre.

Si Domitio credere libet, qui loqui non quissent, eos olim propter uerbio oleū ore gestare dicebant. Eoq; Martialis in quendā fastidiosa aure, q̄ neminē audire uellet. Narratur quidam belle dixisse Marcellus. Qui te ferre oleum dixit in auriculam.

## Viui Ursi sumantem nasum ne tentaueris.

Ne potentiorē irritaueris ne ioco quidē, Mart. Rabido nec peditus ore. Fumantē nasum uiui tentaueris ursi. Sit placidus licet & lambat digitosq; manusq;. Si dolor & bilis si iusta coegerit ira. Ursus erit uasa dentes in pelle fatigē. A canibus ursum sectantibus translatū.

## Alia uoce Psytacus, alia Coturnix loquitur.

De muscis aut poetis dispari facultate, Mar. in clanculariū quendā poetā, qui suos ineptos uersiculos Martia. noīe in vulgus spargebat. Credis (inquit) hoc prisce, Voce ut loquaī Psytacus coturnicis.

## Dies albo lapillo notandus.

Veteres si quē diē faustū fœlicēq; euenisse significabāt, eū albo lapillo notandū dicebāt, aut cādido unione, aut niueo calculo, albaue gēma. Cōtra, infaustū carbone et atro lapillo numerandū. Exēpla et notiora, & frequētiora sunt apud auatores, q̄ ut hic ascribēda sint.

## Caluus comatus.

In eum dicitur, qui ueris bonis nudus se asciticiis uenditat, Martialis. Caluo turpius est nihil comato.

## Barbam leoni mortuo uellere.

Domitius prouerbium fuisse admonet, in eum qui eum excitare conaretur, qui moueri non posset, Martialis. Quare si pudor est, Ligella noli Barbam uellere mortuo leoni.

Congregare cum leonibus vulpes.

Est impares dissimileq; res permiscere, Martia. Quid congregare cum leonibus vulpes? Vulpes dolis nititur, leo uiribus fudit.

Aquilam noctuæ comparare.

Dissimillima siłia uideri uelle, Marti. Aquilisq; similes facere nos  
Ne mihi Suffenus essem. (ctuas quæreris.

Id est ne mihi placeret. Erat em Suffenus poeta oīm ineptissimus, in aliorū uitia dicax, ad sua cæcus. Huius mores & ingenium depinxit Catullus. Idē infaceto est infacetior rure. Simul poemata attigit, nec idē unq; Aeq; est brūs, ac poema quū scribit. Tam gaudet in se tanq; se ipse mirat. Ibidē. Quē non in aliqua re uidere Suffenū possis: id est suis erroribus blandientē, Pari ratione dici licet, ne tibi sis Mæuius, de quo Horati. Egomet mi ignosco Mæuius inquit.

Siculus uel famia furatur. σικελὸς ὄμφακίσῃ.

Græcū in eos q; ne uilissimis quidē rebus furaces manus abstinet.

Vitæ pugillus. οὐ πιθακὴ τοῦ βίου.

Id est nimium. Plautus animæ salillum pro eodem dixit.

Syri contra phœnices. σύρος τῷ φοίνικασ.

Cū uersutus agit cū uersuto. Nam utraq; gens dolis insignis est.

Ex Tripode. ἐκ τοῦ τρίποδος.

Perinde est, ac si ex oraculo Apollinis dicas. Inde Comiciū. Apollinis oraculū non uerius fuerit. Proinde si qs se uera dicere significatur uelit, hoc modo loqui poterit, ex Tripode tibi dictum puta.

Pelopis uel tantali talenta. τέλοπος ή ταντάλου τάλαντα

Pro immensis diuinitiis apud Græcos legitur. Non mi aurum posco Pelopis ne magna talenta.

Talpa Cæcior. τυφλότερος ἀσπάλαχος.

Hyperbolicos in multū cæcutientes dicit. aut qui mīme iudicant.

Ephyreum seu Dodoneum æs.

τὸ δωδεκάδιον χαλκεῖον.

In garrulos & obstreperos dictum antiquitus, propterea q; Ephyreum æs maxime tinniat.

Parni scaphula. τὸ τάρνου σκαφίδιον.

In eos conuenit, qui ob res minutulas nimiū sunt molesti. Parnus em quidā ob nauiculā perditā populo molestissimus fuisse legitur.

Hylam uocas. τὸν ὑλαν κραυγάζεισ.

De frustra querētibus clamantibusq; dictū. Ab historia tractum adagiū. Hylas em unus ex Herculis comitibus fuit, qui aquatū egredens in fonte periit. Atq; inde a nymphis raptus singitur. Ei sacra instituta, in quibus per montes, & circū fontes a saltantibus nomē illis

us inclamabatur. unde Vergilius. His adiungit Hylam, nautæ quo  
fonte relictum. Clamassent, ut littus Hyla Hyla omne sonaret.

Turture loquacior. τρυγόνος λαλίσερος.

Notissima metaphora in garrulos vulgo, pica loquacior & hos  
Colophonium suffragium. (die dicunt.)

In græcorū collectaneis huiusmodi adagium inuenio. τὸν κολος  
φῶνα ἐπέθισεν ἐπὶ τῆς Βεβαιας Τήφοσ. id est Colophona statuit ad  
inuiolatum suffragium. Ex quo intelligitur illa Platonis Ironia in  
Dionysium tyrannū. Quum eī inquit honorū Dionisi oīm uendī  
tionē faceres absq; eius consensu, φῆφ; ita demū hoc faciēdum dixes-  
ras, si ille assentiretur, promissis omnibus oūr mirabilis, Colopho-  
nium (ut aiunt) suffragium, finemq; gloriosissimū imposuisti.

Tithoni senectus. τιθωνοῦ γῆρας.

A fabula Tithoni sumptum notiore, q; hic sit recensenda.

Primum pueros optimos Aegina alit.

τὰ τρῶτον ἀριστους διγνα εκ τρέφει ταῦθας.

A ciuitatū natura ductū, quæ primū mōribus seueris & parsimo-  
nia coalescūt & augenī, deinde paulatim cū opibus uitia imigrant.  
In eos dicit, qui prius parce uixerūt, deinde ad luxū sese conuertunt.

Fumum fugiens in ignem decidit.

τὸν κάπνον γέ φεύγων ἐις τὸ τυρέπεσον.

Id est aliud uitans incōmodum, in aliud grauius incidit.

Titanas uocas. τιτᾶνας καλεῖσ.

Id est alienum auxilium imploras. A Titanum fabula tractum,  
qui loui contra gigantes auxilio uenerunt.

Fricantem refrica. τὸν ξύοντα μὲν αὐτὶ ξύειν.

Id est gratificanti uicissim gratificari, blandiēti blandiri, palpanti  
palpare. uel de merēte bene, bene mereri. & officium officio pensare.

Ficulno folio anguillam. τῷ θρίῳ τὸν ἔγχελυν.

Id est ficulno folio anguillam tenes. Est autē fici folium scabrum.  
eoq; ad anguillā tenendā quæ natura lubrica, idoneum. In calūnios-  
sum dicitur, qui arctiore nodo illigatus tenet. ut iam elabi nō queat.

Sub omni lapide Scorpius dormit.

ὑπὸ ταντὶ λιθῷ σκορπίος οὐδείς.

In morosos dicebatur & meticulosos.

Sus seipsam laudat. ως ἐαυτὸν ἐπαινεῖ.

De his qui de malefactis etiam glorianter.

Hydram inficis.

Id est perse sceleratum ad sclera instigas.

Suem prouocat ων ὄρινει.

In rixarum auidos dictum.

Phalaridis imperium. φαλάριδος ἀρχή.

In eos dictū, qui nimis insolenter & crudeliter abutunt̄ potestate.

Phœnicum conuenta. φοινίκων συνθήκαι.

A gentis moribus ductū. in fœdifragos, ac de pactis insidiosis.

δάθος ἀγαθῶν. Dathos agathon & similia.

Refert apud Hermolaum Eustachius. Tarsiorū celebrem coloniam Dathon fuisse circa Stymonem, adeo ut in proverbiū quoq; illorum opes uenerint. Dathos agathon, id est Dathos bonorum, quasi ἀγαθῶν ἀγαθίδες. quod item proverbiū loco est apud græcos. ut uerbum Agathides loci nomen sit. Eodem auctore & Thafos bonorum in eundem sensum dicebatur.

Caluariam insulam.

Caluariā insulam Neptunus pro Delo possedisse legitur, cōmūtatione facta cum Latona, sicut Tænarum pro Pythonē, ut in proverbiū res abierit uel per mutationis, uel actionis eius, quæ præscriptis uerbis sit, do ut des. ισοντοι δηλούντε καλαυριαν τενεμεσθαι τοῦθω διγαθεν καὶ ταῖν ἀρον ἀνεμεσσαν.

Psyrice facta. Τυρικῶς πρᾶγματα.

Psyrum, seu psyrīes insulæ nomen est ignobilis apud Plinium libro quinto. adeo ut illius obscuritas, & in proverbiū uersa sit, ut olim quæ parum magnifice sordideq; facta uiderentur, ea Psyrice facta dicerent Cratinus. Τυρικῶς τὸν διονυσον ἀγοντες καὶ Τυρικὴ τὴν σπάρτην ἀγεισ.

Fœlix qui nihil debet. οὐδεῖμαν δο μηδὲν δοφείλων.

Græcum Merula auctore apud Hermolaū. Sensus notissimus.

Miconium caput.

Pro caluo in puerbio fuisse Strabo li. x. his uerbis docet. Caluos inquit ipsos, moris est dicere Myconios, q; in ea insula quasi gētile id Clematis Aegyptia. (uitium est.

Phalereus Demetrius in proverbiū inquit, cessit Clematis Aegyptia, nominatis ita, qui procero & nigro sunt corpore. Est aut herba cuius plures species cōmemorat Plinius in hist. mundi. li. xxiiij. cap. xv. Quarū una Clematis Aegyptia cognominatur, eadem ab aliis partim Daphnoides, partim Polygonides uocat longa tenuisq; nigro folio. Etiam si in Plinio Clamatis legitur non Clematis.

Optimū non nasci, aut ocyssime aboleri.

Plinius in septimi libri p̄fatione, collectis innūterabilibus, tū natū uitatis p̄iculis tum uite n̄ae incōmodis, puerbialē sniam usurpauit. Itaq; multi extitere inquit, qui nō nasci optimū censerēt, aut q; ocyss-

**S**i me aboleri. Eam græcis duobus senariis sic efferūt. τὸ μὴ γενέσθαι μὲν κράτισον ἐσὲ ἀεὶ ἐπὶ τὸν δὲ ἐγένησε ὡς τάχισε ἐιναι τέλος Τεογνίς in Angeltico. ἀρχὴν μὲν μὴ φύναι ἐπιχθόνιοισιν ἀριστὸν μῆτρας ἐσιθεῖν αὐγὰς ὄξεος κελιου. φυντα δὲ ὄπως ωκισα τύλασταιδια. τερπται. Lactantius in insti. hanc sententiam a Sileno nescio quo profectam scribit. Eandemq; Ciceronem lib. de consol. sic usurpare, ut utriq; parti metaphorā ornandi gratia adiungeret hoc parato. Non nasci longe optimum, nec in hos scopulos incidere uitæ, proximum autem si natus sis, q; primum mori, & tanq; ex incendio effugere uiolentiam fortunæ.

ἀδώνιδος κῆποι, id est Adonidis horti.

Pausanias Grāmatic⁹ Adonidis ait hortos oli in delitiis lactucis, ac scenicul' frequētes, & Veneri dicatos fuisse, in quibus semia deponi haud aliter q; in testis soleret, eoq; rē in puerbiū abiisse, cōtra futiles, ac leuiculos. De Adonio lege Plin. li. xxi. cap. x. meminit de his hortis, & Plato, unde flosculos ptinus emorituros colligi significat.

Bonæ leges a malis moribus procreantur.

Notissima sententia, & ueteri prouerbio trita.

Homo bulla.

Vetus adagium, quo uitæ humanæ fragilitas significatur.

Crocodili lachrymæ κροκοδειλου δάκρυα.

Crocodilus eminus conspecto hōie, lachrymare dicit, atq; eundē mox deuorat. Inde puerbiū Crocodili lachrymæ, in eos qui se graui ter ferre simulat in cōmodum eorū, quibus ipsi incōmodū attulerūt.

Minimo prouocare.

Est ad æquū certamē prouocare cōtemptim, Hor. in ser. Ecce Crispinus mīmo me, puocat, accipe, si uis. Accipe iam tabulas, detur nobis locus, Hora. Custodes, uideamus uter plus scribere possit.

Mandare laqueum, medium unguem ostendere.

Vtq; adagio extremū contemptū significabāt. Mandamus enim laqueum his, quos usq; adeo a nobis negligi significamus, ut si uel suspendant sese, nihil ad nos attineat, Iuuēn. de Democrito. Ridebat curas nec non & grauida vulgi. Interdum & lachrymas, quū fortū nō ipse minaci. Mandaret laqueum, mediūq; ostenderet unguem, Eandemq; habet significationem, puta contemptus, posterius illud, medium unguem ostendere, quo & Martialis eodem sensu est usus. Atq; illi digitum porrigere medium, nam hunc digitū impudicum uocat. A gestu sumptum certe hoc, fortassis & prius illud.

Illi alabastrus unguenti plena putet.

Id est quæ sunt optima, pessima uidentur Apud Ciceronē.

## Crocodilus in fugientem.

Ab animantis natura mutuatum . Scribit Plinius Crocodilum  
in fugaces esse ferocem, in sequentibus fugacem.

Promusq; cōdus magis.

Ab Ausonio dictū in hoīem p̄fusiorē, qui partā pdigere nouit,  
qrere nō nouit. Promus, p̄mēdis rebus p̄fectus, ut cōdus cōdendis.

Pistillo retusius.

Apud Hieronymū in epistolis non semel pro hebete, ac stolido.  
Ocrassum ingenium, & omni( ut dicitur ) pistillo retusius.

Puppis & prora.

Id est initium & finis rei uniuersæ. Apud Hermolaum legitur, ut  
in una inquit, ea latine re puppis & prora ueretur. Ab his eī dūas  
bus partibus nauis tota pendet.

Vt prænestinis Gōnea & Ciconia.

Apud Plautum est in Truc. In eos, qui truncatas & mutilatas uo-  
ces pronūciant, primoribus ademptis literis. In ea nimirū fabula rus-  
ticus quidam adolescens correptus, q; Rabonem pro arabone dice-  
ret, ita inquit facio lucrī, ut prænestinis Gōnea est Ciconia.

Mea est pila.

Id est uici, composq; sum uotī. A pilæ notissimo Iudo transsum-  
ptum, in eadem est comœdia.

Clurinum pecus, Rus merum.

Apud eundem in fabula, in hominem stolidum utrumq;. Rus  
merum est hic quidem, pudendum & uero Clurinum pecus.

Conlatinus uenter.

Magnus ac turgidus a Plauto dicitur. Is opinor ad Collatinum  
nomen alludens. Conlatinum uentrē dixit capacem, in quē omnia  
conferri possent. Auctor Festus Pompeius.

Cyprio boui merendam.

Sotadicus Ennij yſsus, q; significat, id qđ in Cypro insula fieri cō-  
sueuit, in q; boues hūano stercore pascebātur. Eode Pōpeio auctore  
dici cōueniet, quoties sordidus cōuiua sordido cōuiuio accipitur.

Quandoq; bonus dormitat Homerus.

Allegoria iam in prouerbiū translata, significatiibus nobis nemia  
nem esse sic in arte sua absolutū , ut non alicubi cesseret, suiq; dissimiles  
Ils appareat. Ita Horati. in arte poetica. Quandoq; bonus dormitat  
Homerus. Verum operi longo fas est ignoscere somnum..

Q; curat numerum lupus.

Buccolicum prouerbiū apud Maronem, quo nihil laborari, nisi  
nilq; referre significamus. Extat hodieq; nratibus celebratū adagiū.

Lupum & numeratas oues deuorare.

Ἄλια ωίτα, αλια διæτα. ἄλλος βίος ἄλλη δίαιτα.

In eos cōpetit, qui nouum uitæ institutū arripuerūt, aut in eos, qui mutata in melius fortuna, & uitæ rationē, moresq; cōmutant. Vnde illud apud omnes tritissimum, mores sequi fortunam.

De sale & faba.

Qui dē rebus arcānis cōmunicant. τερὶ ἀλα καὶ κύακον. id est de sale & faba dicuntur agere, a uetusto uaticinatorum more transsumptum, salem fabamq; ponentium.

Capra gladium, seu Machæram. ἐξ τὸν μάχαιραν.

Subaudi reperit. Cōuenit in eos, qui iþi sibi exitū cām adferūt. In de natū, q; olim apud Corinthios capra Iunoni immolanda, gladiū quē humo absconderāt, iþa pedibus excalpēs pdidit, unde periret.

Semper graculus cum graculo congregatur.

αεὶ κολοιός τρόπος κολοιὸν οἰζάνει.

Id est similiscum simili, imprōbus cum improbo.

Complurium foliorum ferculorū strepitum audiuī.

τολλῶν ἔγω θρίων Τόφον ἀκουσας.

Commode ab eo dicetur, qui se iram, minasq; cuiuspiam magnopere uilipendere significabit. Nam fculna folia incensa præter ingentem crepitum nihil habent.

Prospectandum uetulo cane latrante.

Ne nihil a uulgo mutuari uideamur, neue nostrā etatē usq; quaque cōtempisse, huic certe adagio p̄ter antiquitatē & auctore quid desit non uideo. Est autem sensus metaphoricus, tum demū uigilandum esse, ubi senes metuendū esse periculum ostendunt. Translatū a canis bus excubitoribus, qui quū uetuli sunt, non temere latrant.

Canes qui plurimū latrant, perraro mordent.

Dicitur hac ætate, & hoc in homines maledicos & minaces, cæserum ad faciendum ignauos, timidosq;.

Canes omnibus ignotis allatrant.

In eos, qui quicqd non intelligūt, id damnāt, ac reprehendūt.

Azanea mala. αζαναια κακα.

Dicitur res infiniti laboris & inexpugnabilis, nullius autem frugis. Nam αζαναια græce locum significat asperum cultu & senticosum, in quo agricolæ frustra exerceantur.

Anagyrum irritas. ανάγυρον κινεῖς.

In eum dici solitum, qui iniuria lacepsit eum, qui prouocatus magnum malum sit allatus ab Anagyro quodam diuite sumptū, qui a uicinis iniuria prouocatus, omnes funditus perdidit.

K ij

Ipsis placet αὐτῷς ἀρέσκει.

Plato li.de legibus.ij. Tunc em illud fabulæ iþis(ut dicit) placuit tripartito exercitu diuiso urbes tres habitarēt Agros, Messenem, Lascæmona. Terenti.in And. At qui ipsis cōmentum placet.

Pulchre narras, Belle dicis. καλῶς ἔλεξασ.

Prouerbial sermo in eos, q magnifice pollicent. Socrates in Euty ðemo Platonis. En Eutydeme, ut puerbio fertur, q belle loqueris.

Iouis Corinthus. θεὸς κορίνθος.

Socra.in eodē ser. Quo inq̄t boni nobis ērūt: quo ue utiles: an dī cemus iterū q̄ alios bonos facient, aliiq̄ illi alios iterū, quo aūt boni sunt nusq̄; apparet. postq̄ illa quē ciuīlis artis opera p̄dican̄ negleximus, & qd puerbio fertur qui aiunt Iouis Corinthus nobis accidit. Hactenus Pla. De imensis opibus dici uideſ ſolitū, dec̄ uariis & rā Coruū hiantem deluſit. (ris operibus.

Proprie in eum competit, qui testamento multū diuq̄ expectato frustratus est captatorem. Imminet enim hæc auis cadaueribus. Horatius de Corano, qui naſice ſocero testamenti ſpe oſtentata moriens, nihil præter plorare legauit. Plærumq̄ (inquit) recoctus ſcriba. Ex quinque uiro coruum deludet hiantem..

Tragice loqui.

Pro obſcurius loqui apud Platонem libro de rep.ij. Eſt enim tragorum figura ſublimior, minimeq; vulgaris.

Mida locupletior.

Pro q̄tumuis opulento eodem in libro eſt.

Corinthius luxus. κορίνθιας ἀσέλγια.

Siracusana mensa, Sicula obſonia, Attica bellaria condimenta q̄ in eodem ſermone leguntur.

Hydræ caput amputas. ὑδραν τέμνεισ.

Id eſt ita unū malū tollis, ut plura alia recipias apud Platōnē.

Vitiligatores.

Nouum uerbum primū a Catone confitum, compositumq; a uitiis & litigando apud eruditos tanq̄ in adagionem abiit. Merentur autem hoc nomen, qui ipſi nihil agentes, aliorum opera ſtudioſe reprehendunt, litigandi ueluti morbo quodam.

Dionysius Corinthi. ο Διονύσιος ἐν κορίνθῳ.

Allegoria pr ouerbialis a græcis olim celebrata, de his qui e ſumis ma fortuna ad infimam detruſi fuiffent. De hoc adagio Fabius lib. viij. his uerbis meminit. Eſt in exemplis allegoria, ſi non prædicta in oratione ponantur. Nam ut Dionyſium Corinthi eſſe, quo græci omnes utuntur, ita plura ſimilia dici poſſunt.

Architectus inuidet architecto.

τέκτων τέκτονι φθονέει.

Hesiodia sententia. Quam Maro in Cornificium inuidum, & oblatratorem clancularium eleganter usurpauit.

Ioui fulmen, Herculi clauam extorquere.

Derebus factu difficillimis dicit. Et utruq; a Marone pfectum.

Hunc cespitem circundemus.

Id est hāc rem excuciamus, a uenatorē indagine sumptū. qui cespītē sub quo ferā latere putant cingūt. Est apud Plat.li.de rep.iiij.

Alga uilior, Rusco horridior, & Sardois herbis amarior.

Prouerbiale quiddam habent, & hæ comparationes, quæ sunt in Thyrside Vergiliano. Immo ego Sardois uidear tibi amarior herbis, Horridior Rusco, projecta uilior alga.

Arcem tenere.

Est principatum, primamq; laudem in re quapiam obtinere, ut Cicero eloquentiæ, Plato philosophiæ arcem tenet.

Humi serpere.

Sermo p̄ssus, humilisq; humili serpere dicit, Hora. Serpit humili tus nimiū, timidusq; pcellē. Et alibi. Sermones repētes per humū.

Venereum iusurandum irritum.

αφροδίσιος ὄρχος οὐκ ἐμ ποινιμοσ.

Plato in conuiuio. Vulgo fertur, q; solis amatoriis periuriis dīdent ueniam. Venereū quippe iusurandū nihil ualere aiunt.

In dolio figulinam. ἐν τῷθῳ τὰν κεραμείσν.

Plato in Lachete. De his, qui artis suæ in re magna, quum in leibus oporteat, periculum faciunt. Et profecto inquit (ut habet prouerbium) in uasis ipsius iactura artem singulariā experimini.

γηράσκω δὲ ξει τωλλα διδασκόμενοσ.

Consenesco quotidie addiscens aliquid.

Solonis uerbū, & a Platone prouerbij uice citatur, & hodie quoq; vulgo tritum est. Dum uiuimus inquiunt discimus.

Difficilia quæ pulchra δύσκολα τὰ καλὰ.

Plato tum alibi, tum in Cratyllo prouerbij loco posuit. Veteri inquit prouerbio fertur, pulchra esse cognitu difficultia.

Tanq; meum nomen, Tanq; digitos meos teneo.

Decerta, firmaq; memoria, puerbio dicebat, Martialis. Totis diebus Afer hæc mihi narras. Et teneo melius ista, q; meū nomē, Iuue. Tanq; unguies, digitosq; suos. Contra quū uehemēter obliuiosum innuimus proprij noīs oblītū dicimus, Naso. Nominis. ante mei uenient obliuia nobis, Hiero. Ut sere noīs mei fuerim oblitus.

Falcem in messem alienam mittere.

Est alienum negocium curare.

Canis reuersus est ad uomitum.

In apostolicis epistolis, pro eo quod post innocentiam arreptam, denuo in ueterem uitam reuolutus. Sus lota in uolutabro luti eosdem in loco, eodem significatu ponitur.

Homunculus ex Caria. ἀνθρωπίσκος ἐκ τῆς καρίας.

Est quispiā uilis, exiguiq; precij, Socrates in Euthydemō, uel in se periculum transformationis fieri iubet, uelut in Homunculo ex Cariā, id est leui uiliq; si perdas nihil etiam damni feceris.

Carica musa. καρικὴ μῶσα.

Pro agresti, rusticana seu molesta cantatiōe, pro græco adagio res

Sequitur uer hyemem.

(censetur

Ausonius in præfatiōe monosyllabor. Ut in ueteri uerbo est, sequitur uer hyemē, iam similiū nugarū subtexo nequiciam.

Sacra hæc non aliter constant.

Id est hæc res alio pacto peragi nō potest. Est apud Ausonium. Is nuptialis Cēlonis a se cōcinnati licentiā excusans. Etenī fabula est inquit, de nuptiis, & uelit nolit, sacra hæc aliter nō constant. Hac clausula si cui prouerbialis non uidetur, alio quoquis titulo notatur.

Tenui filo, Diuite uena, Paupere uena.

Vtracq; metaphora prouerbij uice apud magnos auctores legit. Tenui filo. i. presso & acuto filo, & paupere diuite ue uena. i. inopi, fœcundo ue ingenio. Altera a nētibus, altera a fontibus sumpta.

Tua uoluntate coactus.

Charinus Terentianus. Tu uolūtate inquit coactus es tua. In eos cōuenit, qui qd libenter & auide faciūt, coacti facere uideri uolūt.

Saguntina fames.

Extrema fames, qualē longa obsidio solet adferre Ausonius. Iam iam perebam, iam Saguntina fame Lucaniacum liberet.

Faber quas fecit compedes, ipse gestat.

Prouerbij suis, tū sermōis facies indicat, tū hoc argumēto est, q; apud Ausoniū curiosum poetā puerbiō Terētiano subnectit, ut superioris adagiū sensum cōmutatis uerbis referat. Ausonianī yſus hi sunt. Tu molestus flagitator lege molesta carmia. Tibi qd intristi ex edendū est, sic uetus uerbū iubet. Cōpedes quas ipse fecit, ipsus ut gesser faber. Competit in eos, qui sibiipsis auctores sunt malorū.

Tollat te, qui non nouit.

Quintil. li. insti. vi. Simile est inquit quod dicit, & prouerbia opportune aptata, ut de hoīe in aquā lapsō, & ut alleuare rogati. Tol-

Latte, qui nō nouit. Hacten⁹ Fabius. At Hor. in ep̄lis idē puerbiū de  
Plano scurra cōmemorat, qui spōte sua s̄epe cadēs, tanq̄ crure fracto  
miserādis uocibus p̄tereūtes implorabat. ut humo tollere. Peregrī  
nus aut̄ q̄spīā ac doli ignarus, si q̄n alleuādi ḡa accessisset, is a Scur  
ra ludibrio habebat. Verū ubi iā illius simulatio mltis innotuisset,  
isq; aliq̄n crure uere fracto tolli p̄care, nemo subuenit, oībus Planū  
solitos ageū ludos arbitrātibus. De hoc ita Flaccus. Nec semel irrisus  
truiis attollere curat. Fracto crure Planū licet illi pl̄ma manet, Laz  
chryma, per sc̄m dicat iuratus Osirim, Credite nō ludo, crudeles tol  
lite claudū. Quere peregrinū uicinia rauca reclamat. Proinde quoꝝ  
dolos iā nobis non ignotos significamus, neq; posse posthac nos ab  
illis decipi, iis dicemus. Tollat te qui nouit, aut hospitē quere.

## Nebulæ in pariete pictæ.

Pro re uana futiliq; apud Aufoniū legunt, in ep̄la quapiā ad Gre  
goriū filiū scripta, Aut unq̄ uidisti inquit nebula picta in pariete, Si  
gnificat eī puerbialiter p̄ pictā in pariete nebula, carmī qđ ei ep̄le  
subscriptū est, lēma uanūq; & friuolū, somniūq; simillimū argumen  
tum. Nebula namq; res inanior, q̄ ut coloribus exprimi possit.

## Omnium horarum homo.

Est iocis seriisq; piter accōmodatus, & quicū assidue libeat cōuis  
uere. Idq; de asinio Pollione olim dictū suisse. Fabius est auctor.

## In cōelo sum.

Perinde est ac s̄idicas deus sum. Cic. ad Atti. Si quae v̄o de me pa  
cta sunt, ea nō seruant, in cōelo sum. & li. iij. ad eundē. Bibulus in cōes  
Deum facere. (lo est.

Est uehemēter laudibus efferre. Terentius. Deum te facio.

## Omnibus uestigiis inquirere.

Id est summa cura, uigilantiaq; quærere.

## Ne sis patruus mihi, Ne sis mihi tutor.

Patruor̄ in nepotes seueritas puerio locū fecit, qđ est apud Ho.  
Siue ego prae. Seu recte hoc uolui. ne sis mihi patruus. i. ne me casti  
ges. Idē in Odis. patruā linguā minacē, ac reprehensoriā dixit. Metuē  
tis patruę v̄bera lingue. Cic. cōtra Herēniū. Fuit in hac causa qdam  
patruus cēsor, mḡ. Obiurgauit M. Celiū, sic ut neminē unq̄ parens.  
Simile est Persianū illud. At tu deterior palles, ne sis mihi tutor.

## Aristarchi obelisci, asterisciq; Censoria uirgula.

Eodē modo Aristarchi obelisci, Asterisciq; in cōem sermonē ue  
nerūt, obelizein pro obliterate, atq; delere dicamus, et Asteriscon, id  
est stellulā prænotare, pro pbare, & tanq̄ eminus annotare. Sūt qui  
a nauigātibus translatū putant, qui littus aut portū stellula notant.

# ERASMI

Est apud Hiero. passim. O nostri temporis Aristarche. i. tu qui de omnibus  
ingeniis iudicete profiteris, & aliū laudas, aliū dānas, id quod Aristarchus  
in Homericis yōsibus fecit, Hor. Fiet Aristarchus, Censoria uir-  
gula eandē habet significationē, in quā item multis locis iocat Hier.

Refricare cicatricem, vulnus recrudesce.

Vt dolor iā tēpis mora lenitus, quū renouat, refricari cicatrix pro-  
uerbio dicit, ita quū redintegrat animi molestia, vuln⁹ recrudesce  
dicimus, pulcherria utrīc⁹ trālationē. Quæ exēpla frequētiora sunt,  
q̄ ut ullū repeti debeat. Eam metaphorā. M. Tul. uenustissime extus  
lit in Clodiū, qui populū fame iā exasperatū, conciōibus insuper se-  
ditiosis in rabiē agebat, Vt tu inquit, in hoc ulcere tanq̄ unguis exi-  
stere. Suffricare pro leuiter renouare, & refricare memoriā.

Domī habet.

Domī habere dicimur, quod in nobis est sitū, necq; necesse est aliis  
unde petere. Ab ea de qua diximus, foris rogādæ suppellectilis, con-  
suetudine manasse uidetur. Domī philosophos habet. Domī habet  
vnde discat. Hanc ego domī coniectrā facio. Id domī experior, id  
est in meipso. Domī habes unde beatus esse possis. Domī consilium  
habes, ne foris petas. In domo esse, pro eo quod est paratum esse, &  
ueluti domī repositum sēpicule apud Plautum est.

Obuiis ulnis.

A gestu traductū ad aim, hoc ē miro affectu, et cupide, ut solemus  
charillimos amicos, q̄s eminus cōspexerimus, quoꝝ magno desyde-  
rio tenebamur. Est apud Quin. Vt opus tuū nemo erat, qui nō cupi-  
enter, & obuiis (ut aiūt) manibus exceperit, aut obuiis ulnis.

Bellicum canere, Receptui canere.

Vtrūq; a militari cōsuetudine deductū est, Præliū em̄ inituri bel-  
licū canūt, in castra reddituris receptui signū datur, hoc est receptui ca-  
nitur. Vnde nos prouerbiali trālatione bellicū canere pro exhorta-  
ri, exercitareq; usurpamus. Receptui canere, pro eo qđ est finē facere,  
maxie id ad quod hortamur, cuiue finē imponimus, bellici tumul-  
tus simile quiddā habet. Necq; nos in re tam nota exemplis utemur.  
Signa canant apud Martia. pro eo quod est configramus.

Stilum uertere, Stilum infigere, Stilo appetere.

Stilus quo ueteres scriptitabāt, aliquot prouerbiales trālations  
suppeditat. Vertere em̄ stilū dicunt, pro eo quod est mutare, qđ scri-  
pseris, aut etiā uituperare, quæ laudaris. Hierony. contra Rufinum.  
Qđ diu non renuebā laudationem tuā, sequebaris, ut magistrū, fra-  
trem & collegā uocabas, & catholicū in omnibus fatebaris. Postq;  
uero non agnoui laudes tuas, & me indignū tanti uiri præconio ius-

dicaui, illico uertis stilum, & omnia laudata prius uituperas, de eo<sup>dem</sup> ore, & dulce proferens, & amarum. Stilum infigere, est scriptis inuehi. Stilo appetere scribendo insectari.

Iacere aleam, Extra omnem aleam.

Quoniā alea fortunę, et casu dicata est, eā pro dubio euētu accipimus. C. Cæsar Rubiconē traducturus copias, oīs inquit iacta sit alea id est rē uniuersam fortunę pmittamus q̄rsum eueniat, nos certe periculū faciemus. Plinius in prefatiōe histo. mūdi. Ut titur illa Marcus Tullius extra oēm ingenij aleā positus. Et in hac re nulla inest alea. i. non potest p̄ter expectationē euenire. Translatio a iactu alearū sumpta. Quintil. eandē rem diuersa translatiōe explicauit. permittamus inquit uela uentis, & oram soluentibus bene precēimur. Prouerbias liter, & hoc Horatius dixit. perraro hæc alea fallit, id est uix unq̄ ma le euenit. Et in Odis. periculosae plenum opus aleæ.

Ad unguem.

A marmorariis sumpta metaphora, qui supducto ungui cōmisuras explorat marmorū. Vnde ad unguē fieri dicit. cui extrema adhibetur cura, ita ut nihil artificis diligentia suffugiat. Hora. Cocceius ad unguē factus homo. Idem in arte. Carmen reprehendite, qđ non Multa dies, et multa litura coercuit, atq; Perfectū decies non castigavit ad unguē. Ethanc metaphorā, & quæ sequitur, Persius uno loco mire expressit. Ut perleue seuero. Effundat iunctura ungues, scit teneare uersum. Non secus, ac si oculo rubricam dirigat uno.

Ad amussim, Ad perpendiculum.

Quoties itē absolutā curā, operisq; perfectionē significamus ad amussim factā rem dicimus, aut examussim. utrūq; em legimus, aut amussatim. Est em amussis regularis ille funiculus, quo cœmēta, pa uimētaq; exequāt fabri. Ad perpendiculū idē declarat, qđ ad amussim, hodieq; q; ita factum significare uolumus, ut nihil desyderari queat, ad filū factū dicimus. Præterea qđ attentissima uigilātiā, summoq; iudicio tractatū uideri uolebat ueteres, id pensiculate, seu pensiculatim factum dicebant. A libripende sumptus sermo. Verū hæc monendi gratia attigisse me modo abunde satis existimo.

Elimare. Prima & suprema manus. Ad umblicum.

Ab officinis artificum translatum est. Elimare librum, & adhibet re limam. Summam manum imponere, id est extremam operam, quæ ubi accessit, nihil præterea in opere requiratur. Nihil huic operi deest præter supremā manum. Horatius ad umblicum dicere disxit, pro eo quod est perficere, primā item artificis operam. primam manum appellant, qua rude adhuc opus significant.

A teneris unguiculis.

Græcis in puerbio fuisse testat̄ Cic. A teneris inq̄t (ut græci dicit̄) unguiculis. Hor. in Odis & incestos amores. De tenero meditat̄ unguī. Ab incunabulis, tundē habet sensum, uidelicet iā inde a prima

Pandere uela, Contrahere uela. (puericia.

Metaphoræ passim usurpatæ. Pandere uela est audacius cōfidens tiusq̄ rem agere. Contrahere uela, modestius ac parcius.

Plumbeo gladio iugulare.

Est friuolo futiliq̄ argumento, tñ hoīem cōuincere, Cic. ad Attī. quū illum plumbeo gladio, iugulatū tamē iri diceret. Idē in libris de finibus, frigidum argumentū. plumbeum pugionē appellat.

Lupi illum priores uiderunt.

Quod est apud Vergilium in Aegloga cui titulus Mœris, Lupi Mœrim uidere priores, a quodā non infimæ doctrinæ pro prouerbio refertur. Et fieri potest, ut pastorale fuerit adagium, de eo cui uox perisset. Seruius non hoc quidem prouerbium fuisse affirmat, sed ex eo quod physici scribunt, lupum quem prior conspexerit, ei uocem adimere, natum Terentianum illud. Lopus in fabula.

τανικός, id est panicus casus.

Prōuerbiū simulachrū habet apud Cic. in ep̄līs ad Attī. Ego bellū (inquit) fœdissimū futurū puto, nisi qui (ut tu scis) panicus casus extiterit. Rursum alibi. De Ventidio panicon puto, a Pane deo, qui nō uos & repentinus tumultus animorūq; mutationes solet immittēre, lymphaticis simillimas, ut intelligas bellum futurum, nisi subita quædam & tanq; Panica animorum fiat mutatio.

Celerius Elephanti pariunt.

Sunt quibus inter prōuerbia annumerandū uidetur, qđ est apud Plin. scđm in præfa. hist. mūdi. Nam de grāmaticis sp̄ expectauī par turiri aduersus libellos, quos de grāmatica edidi, & subinde abortus fecere iam decem annis, quū celerius etiam Elephanti pariant. Celerius itaq; Elephantes parere dicemus tardā concitationē, nimisq; len ta molimina significantes. De Elephantorū partu Plautus in Sticho Audiui s̄aepē hoc vulgo dicier, solere Elephantū grauidam perpe tuō decem esse annos. Idem Plinius libro. viij. Decem annis gestare in utero vulgus existimat inquit. Etiam si Aristoteles biennio pare re putat. Nec s̄aepius q; semel singulos gignere.

Paruo pedi magnos calceos circundare.

Qđ est apud Quinti. in instī, puerbialiter utiq; scriptū. Eos q; in re nō copiosa copiose diceū conant̄, puero Herculis cothurnos iduces re ab Agesilai Apophthegmate deductū uidet̄. Cui quū quispiā so,

phistam quendā maiorē in modū laudaret, q̄ res mīnimas dīcendi artificio maximas faceret. Evidē hunc ego cerdonem neutiç tam bonū iudico inquit, qui paruo pedi magnos calceos inducat.

Sus Mineruam. Ὅστιν θέλειν.

Celebratissimū adagiū in eum, qui indoctus eum docere conat, a quo sit ipse potius docēdus, Hiero. contra Ruff. Prætermitto gr̄cos quorū tu iactas scientiā, et dum peregrina sectaris, penetui sermonis oblitus es. Ne ueterē prouerbio, Sus Mineruā docere uideaſt. Apparet aut ex uetusto quopiam Apologo natam parœmiam.

Multū Manniū Ariciæ.

Mānius apud Festū Pomp. Dianæ Aricinæ lucū, qui & ipe Aricinus dictus est, consecrassē legitur. Ex eo Mannio aricino uiro laudatissimo extiterunt item uiri clarissimi q̄ plurimi eodem nomine, inde natum prouerbium. Multos Ariciæ Mannios esse.

Diomedis, & Glauci permutatio.

Quæ refert ab Homero inter Diomedē, Glaucūq; facta armorū cōmutatio (sicuti pleraq; eius poetæ alia) in puerbiū abiit. Ea aut in sexto Iliados libro censem hoc modo. Diomedē & Glaucū in mediū pcessisse, singulari certamine cōgressuros. Tum Glaucū post cōmemoratos suos natales a Diomedē inuitatum, ut ex hostibus hospites fieret, atq; id ut ceteri intelligat inq̄t, Arma pmutemus, itaq; Glaucū priorē sua donasse Diomedi arma q̄ erāt aurea, centūq; bobus æstis mata. Tradidisse uerū Diomedē sua ærea nō pluris nouē bobus æsti mata. Exacta dispari pmutatione Diomedē astutū, Glaucū stupidū fuisse inuocatū. Vnde q̄ties pmutationē uehemēter in æqualē signifiscare uolumus, hoc ē deteriora p melioribus reddita, Diomedis, & Glauci cōmutationē esse dicimus, Plinius Ceci, ad Flaccū. Recipies ep̄las serulas, & simpliciter ingratas, ac ne illā quidē solertiā Diomedis in pmutādo munere imitātes, Aul. Gel. in noc. li. ij. ubi Cecilianā trālationē cū ipso Menādro, quē uerterat, cōponit, eāq; nīmis degenerare significat. Diomedis hercle arma, et Glauci inq̄t nō dispi magis p̄cio æstimata sunt. Eiusdē p̄mutationōis fit mētio in p̄œmio digestorū iis q̄dē uerbis. Nīis t̄pibus talis legū inuēta est p̄mutation, qualē ap̄d Hom. patrē oīs uirtutis Glaucus & Diomedes inter se faciūt, dissimilia permutātes Mar. Tā stupidus nunq; nec tu puto Glauce fuisti, Chalcea donāti Chrysea qui dederas. i. qui ærea donāti aurea dederas.

Non sus quiuīs intelligit.

De re intellectu p̄dificili, Plato in Lachete. Quare ut puerbio fert, nō sus hoc quiuīs norit.

Flere ad nouerçē tumulū

περὶ τὸν μητρυῖς τάφον δακρύειν.

Est fictis lachrymis dolorē simulare, quū re gaudeas. Nec eī cōsentaneū est, p̄uignū moleste ferre nouercē mortē. grēcū adagiū est.

Homo non homo.

In uirū effōeminatū, & parū uirum cōuenit, Meminit ænigmatis huiuscmodi, Plato.li.de rep.v.qd etiā si ille puerile noīat, ascribens dū putaui. Homo nō homo, uidens nō uidēs, percussit nō percussit, lapide non lapide, auē non auem. super arbore, id est Eunuchus lus scus percussit alam uespertilionis pumice super sambuco.

Polipus. ωλυπόδος ὁμοιότητ.

Plautus in Aulularia homines furaces, uiscatisc̄ digitis polypos prouerbialiter, ut opinor, eleganter certe appellat. Ego istos noui polypos inquit, qui ubi quicquid tetigerint, tenēt. Ad polypi p̄iscis natūram respexit caliculis illis, & acceptabulīs, flagellisc̄ brachiorum quod inuasit, suctu quodam tenentis, atq; attrahentis.

Vicitant succo suo.

Mire in parasitos q̄drat, ingurgitātes sebi cōtingit laus tior, rursum diutinā inediā sustinētes, ubi nulla arridet spes cēnatica. Est aut̄ a cochleis trāsumptū, quæ per æstū intra testā cōtracte, succo suo alunt, donec pluuiā acciderit. legiſ apud Plautū in captiuī duo.

Nucleum amisi, reliquit pignori putamina.

